nullus. aut quis cōsiliari⁹ eius fuit.
Vñ. dās ei cōsilia qualiter sic vel sic
res disponēt. q. d. nullus. aut quis
prior dedit illi et retribuet ei. q. d.
null⁹. q^{uod} hoc est impossibile. q^{uod} oēm
virtutē non solū op^{er}ari: sed etiam
cogitari et effici ab ipso habem⁹.
quod declarat hic cōsequēter dicens
quoniam ex ipso et per ipsū et in ipso
sunt oīa. Cor. superiora inferiora et
media spūalia et corpalia. et ex utrius-
q^{ue} op^{er}ata. Et in istis verbis innuit
apostol⁹ trinitatē personarū in essen-
tia diuina. per hoc q^{uod} dicit ex ipso. in-
nuit personā patris. per hoc q^{uod} dicit
per ipsū. innuit personā filij. per hoc
q^{uod} dicit in ipso. innuit personā spūs
sancti. Ecce distinctio seu pluralitas
personarum. Ipsi honor et gloria. ecce
unitas essentie Non em̄ dicit ipsis et

ipsi honor et glā in scēla scēlorū Amē.
In festo corporis christi. p. Co-
rinth. xi.

Textus.

Onuemētib⁹ ergo vobis in
vñ. iam nō est dominicam
cenam māducare Vñusquis-
q^{ue} enim suam cenam psumit ad mā-
ducandum. Et ali⁹ quidam esurit. ali-
us autem ebrius est. Rurūq^{ue} domus
nō habetis ad māducandum et bibē-
dum. Aut ecclesiam dei cōtemnitis
et cōfunditis eos q^{ui} nō habēt. Quid
dicam vobis Laudo vos. in hoc non
laudo. Ego em̄ accepi a domino q^{uod}
et tradidi vobis. quoniam domin⁹
ihesus i qua nocte tradebat^r accepit
panem et gratias agēs fregit et dixit
Accipite et māducate. Hoc est corp⁹
meum q^{uod} p^{ro} vobis tradet^r Hoc facite
in meam cōmemoratiōē. Similiter
et calicem postq^{uam} cenauit dicens. Hic
calix nouū testamentum est in meo
sanguine. Hoc facite quotienscūq^{ue}
bibetis in meam cōmemoratiōem.
Quotienscūq^{ue} enim māducabitis pa-
nem hūc et calicem bibetis mortem
domini annūciabitis donec veniat.
Itaq^{ue} quicūq^{ue} māducauerit panem
vel biberit calicem domini indigne-
reus erit corp⁹is et sanguinis domini
Probet aut scipsū hō et sic de pane il-
lo edat et de calice bibat Qui em̄ mā-
ducet et bibit indigne iudiciū sibi mā-
ducet et bibit nō diiudicās corp⁹ dñi
Onuemētib⁹ ergo Postil.
vob⁹ in vñ et c. In incipit illius
ep^{ist}le scribit scūs paul⁹ i eo. ca. ipis
Corinthijs. d. Si q^{ui}s aut videt cōtēti-
o^{is} suū eē Ros talē cōsuetudinē nō hēm⁹
neq^{ue} eccia dei. Hoc at p^{ro}prio nō lau-
dās q^{uod} nō i meli⁹: s^{ed} i deteri⁹ cōuetis
Tūc postmodū sequit^r p^{ri}us ep^{ist}la. Cō-
nuemētib⁹ vob⁹ i vñ. S^{ed} ex q^{uod} hōie p^{ro}-
agie festū corp⁹ xpi sicut hoc sacmen-
tū p^{ro} cenā a xpo institutū ē. Et euāge

liū & eplā recordāt: q̄ i euāgelio ha
bet de fructu digne cōmunicatū ubi
dicit. Qui māducat hūc panē uiuet
in eternū. Sic p̄ oppositū in eplā hodi.
habet de picul' idigne cōcantū. sicut
p̄t̄ in textu eplē p̄ntis. **Frēs.** Cōue
nietib⁹ vob̄ in vnū **Ly.** ad p̄cipiendū
eucharistie sacramētū. iā non ē. i. nō li
cet vob̄. dīcā cenā māducare. **In⁹**
quīsq̄ em̄ suā cenā p̄sumit ad mādu
candū. **Ly.** an̄ sūptionē sacramētī p̄pa
bāt sibi cibaria & portabāt ad ecciā;
comedētes an̄q̄ sumierēt sacramētū
et sic laute comedebant & bibe bāt.
Paupes aut̄ esurie bāt. **Ergo** d̄r. &
ali⁹ quidē esurit. ali⁹ aut̄ ebrius est.
Quādo domos nō hētis ad māducā
dū & bibēdū. s. domos nō cōsecratas
aut ecciam d̄i cōtēntis. **Ly.** q. dī.
certitudinalit̄ i hoc ē cōtēpt⁹ eccie q̄
cōsecrata ē. & cōfūdītis eos. i. paupes
quī nō hēt. s. laute comedē corā tāta
multitudine. q̄ dīcā vob̄ **Ly.** sup̄ hoc
facto. laudo vos. sup̄ple i alijs. i. hoc
non laudo. s. vitupero. **Ego** em̄ acce
pi a dño **Ly.** mihi reuelāte. qd̄ & tra
didit vobis qm̄ dñs ihs. q̄ ē institutor
sacramētorū & nō ali⁹. in q̄ nocte tra
debat **Cor.** i. imminētē passiōe cui⁹ no
cte traditio facta est in resp̄e noctis.
accepit panē & bñdixit. vt habet
Mat. xxvi. & grās agēs **Ly.** vt doce
ret nos in oib⁹ grās agē deo. fregit
et dixit. Accipite & manducate hoc ē
corp⁹ meū. **Li.** scz cōtētū sub sp̄e pa
nis. qz panis trās substantialit̄ in v̄r
corp⁹ xpi diuina v̄tute p̄ ouersionē
solis accidētib⁹ remanētib⁹. qd̄ p̄ v
bis tradet hoc facite in meā cōmemo
rationē **Cor.** i. in memoriā mee mor
tis & passiōis. Similit̄ & calicē. scz ac
cepit. postq̄ cenauit. & vinū in cali
cē cōtētū cōsecuit in sanguinem suū.
dices hic calix **Cor.** i. cōtētū i hoc ca
lice. nouū testamētū est in meo san
guine **Li.** qz nouū testamētū cōfirma

tū ē sāguine xpi. sāguine xpi effuso
hoc facite quotiēscūq̄ bibetis **Cor.**
scz sanguinē meū in sp̄e v̄ni. i. meā
cōmemorationē. i. in memoriā passio
nis mee. quotiēscūq̄ em̄ māducabi
tis panē hūc & calicē bibetis **Li.** i. hoc
sacramētū in quo sub sp̄e panis cō
tinet̄ v̄r corp⁹ xpi. Et sub sp̄e v̄ni
v̄r sanguis xpi. mortē dñi annūciabi
tis. ipsā rep̄tādo p̄ hoc sacramētū
donec veniat. scz ad iudiciū. p̄ qd̄ i
telligit̄ qz celebratio hui⁹ sacramētī
nō deficiet in ecclesia vsq̄ in finē mū
di. **Mat.** v. i. Ecce ego vobiscū sum
vsq̄ ad cōsumationē seculi. Itaq̄ q̄
cūq̄ māducauerit panē vel biberit
calicē dñi indigne. **Li.** scz cū volun
tate peccādi mortalit̄ de futuro vel i
penitēs de p̄terito. v̄r erit corp⁹ &
sāguis dñi **Glo.** i. penas mortis xpi
exsoluet. i. puniet̄ ac si xpm̄ occideret.
p̄bet em̄ seipsū hō. **Li.** scz p̄p̄iā con
sciam diligētē examinādo & emēdā
do. & sic de pane illo edat. i. fructuo
se. & de calicē bibat. **Li.** fit autē hic
mētio de duplici sp̄e. scz panis & v̄ni.
Nā in primitiua eccia sic dabat̄ fidelib⁹
b⁹ & p̄p̄e periculū cōfusiōis sanguinis
mō dat̄ tm̄ laicos sub sp̄e panis. **Sacer**
dos tm̄ celebrās accipit s̄ v̄traq̄ nō
tm̄ p̄ se s̄ etiā p̄ alijs. qui aut̄ mādu
cat & bibit idigne **Cor.** i. irreuerentē
vel ex̄is in crimīe. iudiciū sibi mādu
cat & bibit. i. ad suā damnationē su
mit. nō diiudicās corp⁹ dñi **Li.** id est
discernēs ab alijs cibis sumēs eodem
mō sicut alios cibos corpales

V Dominica prima post festum Tri
nitatis. p̄. Jo. iij. **Text⁹**

Deus caritas ē. In hoc apparu
it caritas dei in nob̄ quomā
filiū suū v̄rgenitū misit de⁹
in mūdū vt viuam⁹ p̄ eū. In hoc est
caritas nō q̄ si nos dilexerimus deū s̄
qm̄ ipse p̄or dilexit nos & misit filiū
suū p̄p̄iatōez p̄ peccatis nostris.

Carissimi si deus dilexit nos et nos debemus inuicem diligere. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus inuicem deus in nobis manet et caritas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus quoniam in eo manemus et ipse in nobis quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi. Si quis confessus fuerit quoniam ihesus est filius dei deus in eo manet et ipse in deo. Et nunc agnouimus et credimus caritati quam habet deus in nobis. Deus caritas est. et qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. In hoc perfecta est caritas nobiscum et fiduciam habeamus in die iudicii. quia sicut ille est et nos sumus in hoc mundo. timor non est in caritate: sed perfecta caritas omnes mittit timorem: quoniam timor penam habet. Qui autem timet non est perfectus in caritate. Nos ergo diligamus deum: quoniam deus prior dilexit nos. Si quis dilexit quoniam diligo deum et fratrem suum oderit maledixit est. Qui autem non diligit fratrem suum quem videt. deum quem non videt quomodo potest diligere. Hoc mandatum habemus a deo ut qui diligit deum diligat et fratrem suum.

Deus caritas est. **Postilla**
In hoc apparuit et c. Ante initium illi epistole scribit sanctus Iohannes dicens. Ipsi de mundo sunt et idcirco de mundo loquuntur et mundus eos audit. Nos ex deo sumus carissimi diligamus inuicem: quia caritas ex deo est. Tunc sequitur epistola hodierna. Deus caritas est. ubi sanctus Iohannes apostolus et euangelista quem christus pre ceteris dilexit: maxime commendat nobis caritatem dei et proximi. Sic similiter in euangelio hodierno sanctus Lucas dicit nobis de quodam diuite qui nec circa deum nec circa proximum sed pauperem

lazarum aliqua dilectione mouebat sed induebat purpura et bisso et epulabatur quotidie splendide. ideo sepultus est in inferno. Et si volumus hoc malum euadere. tunc debemus deum et proximum diligere. quia deus caritas est. **Ly.** increata sicut est bonitas et sapientia. in hoc. velut in certissimo signo. apparuit caritas dei in nobis. id est ostensa est erga nos. quoniam filium suum unigenitum. non seruum. misit. sed deus pater. in mundum. sed in humanitate assumpta. ut viuamus per eum. **Vm.** et non iudicemur per eum. in hoc. id est in hac missione. est caritas manifesta. non quasi nos dilexerimus deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos. id est predestinando. vocando. iustificando. et misit filium suum propter peccata nostra. **Vm.** Et deus nobis propicietur per ipsum. pro peccatis nostris. scilicet tollendis. **Carissimi** si deus dilexit nos et nos debemus alterutrum. scilicet exemplo christi inuicem diligere. **Vincentius.** Si deus diligit nos tunc debemus diligere id quod deus diligit: sed deus diligit omnem hominem ergo et nos quemlibet hominem debemus diligere. Deum nemo vidit unquam. **Vinc.** in presenti deus non potest videri si cui est: sed solum in futura vita. **Vn.** Aug. dicit quod concessum fuit paulo et moysi videre diuinam essentiam: sed hoc fuit in raptu et transitorie et non mansue. quia tunc fuerunt rapti extra se sus corporis. si diligamus inuicem. id est ex sincera caritate. deus in nobis manet per gratiam inhabitantem. et caritas eius in nobis perfecta est. Tunc enim caritas dei perfecta est in nobis. quando eum diligimus. non solum in se: sed etiam in sua imagine. id est in homine. in hoc intelligimus. id est cognoscimus. quoniam in eo manemus. per caritatem qua deum diligimus. et ipse in nobis. per caritatem qua nos diligit. quoniam deus

spū sancto. scz ab ipso pcedēte. dedit nobis et nos. **Ly.** i. ego iohannes et alij apostoli mecum. vidim⁹. scz ei⁹ humanitatem oculis corporalib⁹. et eius diuinitatem oculis mentalibus non in se sed in effectib⁹ suis. qz vidim⁹ eum faciētem miracula. virtutem toti⁹ creature transcendētia. et testificamur. de visis q̄ vidim⁹. qūo pater misit filium suū. eiusdem nature et potestatis cum eo: saluatore mūdi. p passionē in humanitate assumpta. quis quis cōfessus fuerit. **Cor.** scz confessione perfecta. cordis. oris. et operis. **Rō** diminuta vni⁹ vobis. **Vñ** apostol⁹. **C**onfitemē se nosse deum factis autem negāt. quoniam ihesus ē fili⁹ dei. ita qd idem est fili⁹ dei et filius hominis. de⁹ in eo manet. scz per gratiam. et ipse in deo. vt in refugio. **Vñ** ps. lxxix. Domine refugium tu fact⁹ es nobis. et nos. scz apostoli. cognouim⁹. scz qd ihesus est filius dei. et credim⁹ caritati quam habz deus in nobis. **Ly.** i. credim⁹ ipsum specialiter habitare nobiscum per caritatem. de⁹ caritas est. **Vñ** Aug. super illo verbo. **S**i in singulis locis sacre scripture nihil aliud dicere de caritate. n̄ qd de⁹ caritas est. nō aliud qd caritatē querere debem⁹. **Rō** em caritas poterat altior cōmendari qd qd de⁹ dicere. et qui manet in caritate i deo manet. **Vñ** tanq̄ palmītes in vite. tanq̄ membra in corpore. et deus in eo manet. tanq̄ habitator i domo. tanq̄ sponsus in thalamo. tanq̄ sacerdos in templo. **Vñ** **Ber.** qz deus caritas est. et ideo caritati nihil meli⁹ est et qui manet in caritate in deo manet. ideo caritati nihil secuius. et deus in eo. et ideo caritati nihil ioādius. **I**n hoc perfecta est caritas dei nobiscum. id est perfecta esse ostendit. vt frouciā habeam⁹ in die

iudicij. **Vñ** **S**i tales frouciā habemus ad deum. qd audem⁹ secure apparere in cōspectu eius. et reddere ei votum tūc indubitāter habem⁹ perfectam caritatem. qz sicut ipse ē **Ly.** bene faciens de celo iustis et iniustis. nos sum⁹ in hoc mūdo. scz pro amore eius amicos et inimicos diligendo. **T**imor nō est in caritate. qd intelligit de timore seruili. in quātum seruilis est. nō autem intelligit de filiali. qz ille timor stat cum caritate perfecta. sed perfecta caritas foras mittit timorem. qz caritas etiam quemcūqz excludit timorem seruilem. quoniam timor penam habet. id ē timori seruili pena debet. qz facit cauere peccatum solūmō ne puniāt nō ppter detestationem vicij. nec ppter vitādam offēsam dei sicut fuit quādoqz dimittit furari ppter suspendium. qui autem timet. **Ly.** hoc modo. nō est perfect⁹ in caritate. i. nō habet caritatē ipsum perficiētem. **N**os ergo diligamus deum. **Cor.** dilectione perfecta. quoniam ipse prior dilexit nos. qd nos ipsum. immo cum adhuc inimici essemus. dilexit inimicos vt faceret amicos. dilexit iniustos vt faceret iustos. dilexit egros vt faceret sanos. **S**i quis dixerit quoniam diligo deum. et fratrem suū odit qui est imago dei mēdax est. **Ly.** qz dilectio proximi includit in dilectiōe dei. qui nō diligit frēm suū quem videt. **Cor.** vñ eū plen⁹ cognoscit. deū quē n̄ videt. i. min⁹ quē cognoscit. quō p̄t diligē. **Vñ** **Aug.** Cogita q̄ppe diligē possum⁹ inuisa neq̄q. et hoc mādatū habem⁹ a dō. s. de dilectiōe dei et proximi. vt qui diligit deū. **Cor.** ppter se. diligit et fratrem suū. ppter deum. **D**uo em sunt mādata caritatis. scilicet dei et proximi. nec potest vnus diligi sine alio. **Textus.**

Dominica .ij. post festū trinitatis
p. Job. in. **Text⁹**

Nolite mirari si odit vos mun-
dus. Nos scim⁹ qm̄ trāslati su-
m⁹ de morte ad vitā qm̄ dili-
gim⁹ frēs. Qui nō diligit manet in
morte. Ois qui odit frēm suū homi-
da ē. Et scitis qm̄ ois homiada nō hz
vitā eternā in se manentē: in hoc co-
gnouim⁹ caritatē dei qm̄ ille p nob
aiam suam posuit et nos debem⁹ ani-
mas p frīb⁹ ponē. Qui habuerit sub-
stantiā mūdi et viderit frēm suū ne-
cessitatē patiētē et clausit viscera
sua ab eo quō caritas dī manet ī eo.
Filioli mei non diligam⁹ verbo neq
lingua sed opere et veritate.

Postilla

Nolite mirari si odit vos mū. et ē
An̄ incū illi⁹ eplē scribit scūs
Job. in eodē ca. d. Carissimi hec est
annūciatio quā audistis ab incio vt
diligatis alterutq. nō sicut cayn qui
ex maligno erat et occidit frēm suū
et ppter qd occidit eū qm̄ opa eius
maligna erāt. frīs aut̄ ei⁹ iusta. Tūc
statim sequit̄ pns eplā q̄ recordat cū
euāgelio hodierno. in quo euāgelio
agit̄ de cena vite etne. ad quā cenā
perueniē p caritatē dei et prīmī de q̄
habet̄ plen⁹ in pñā eplā. vñ dī Jo.
Carissimi. nolite mirari. q̄si insolitū.
si odit vos mūd⁹. i. mūdi amatores
qz nō est nouū illud iuegiū: sed fuit
a pñapio mūdi inē bonos et malos.
Sicut ptz inter Cayn et abel. inē ysa-
ac et ysmāel. inē iacob et esau. Nos
scim⁹. Ly. certitudinē fidei. qm̄ trāsla-
ti sum⁹ de morte. scz culpe. ad vitam
gratie. qm̄ diligit⁹ frēs. qz opa bo-
na in caritate facta sūt meritoria. q̄
nō diligit manet in morte. qz caret
caritate q̄ est vita aīe. ois qui odit
frēm suū homiada ē. qz pmo occidit
aiam ppiā. Secūdo aiam prīmī qn

tū in se ē qz puocat ipsuz ad odium
mutuū. et scitis quomā omnis homi-
da nō habet vitam. scz eternā. Cor.
id est nō habet xp̄m qui est vita et
na. in se manentē. hoc dicit ad diffe-
rentiam vite nature: q̄ est vita transi-
ens. in hoc. tanq̄ in signo certissimo
cognouim⁹ caritatē dei. i. xp̄i erga
nos. quomā ille p nobis. indignis
animā suam. i. vitam corpalem. po-
suit. i. morte crucis exposuit. et nos.
exemplo eius. debem⁹ animas. Ly.
id est vitam corpalem. p frīb⁹ po-
nere. i. p salute eorum spūali ponere.
Et hoc debitum ptz ex ordine carita-
tis. fm̄ quem de⁹ est sup omnia dili-
gend⁹. et post ipsum anima ppiā. et
tercio loco aīa prīmī. quarto et vlti-
mo ppiū corp⁹. qui habuerit sub-
stantiam mundi. Vin. i. bona tempora-
lia. et viderit frēm suū id est proxi-
mum suū. necesse habere. Ly. scili-
cet necessitatem extremam. et clau-
dit viscera sua ab eo. id est affectum
interiorem nō compatiēdo et subuen-
tione: denegādo. quomodo caritas
dei. Cora. que a deo infunditur et
qua deus diligitur. manet in eo. qua
si diceret. nullo modo. quia non po-
test diligi de⁹ sine proximo. nec ecō-
uerso. etiam quia caritas benigna
est. id est larga egenis. et in casu ex-
tremitatis necessitatis tenetur etiam qui
libet de necessario dare. Vnde Am-
brosius. Pasce fame moriētē si nō
pauisti occidisti. filioli mei. scilicet
quos per euangelium genui. non di-
ligamus verbo neq lingua. verbo
tantum diligit. qui hoc quod promit-
tit non soluit. sed opere. id est exhi-
bitione beneficij. et veritate. scilicet
pure intentionis. Glosa. vt simplicia
intentione beneficia prestemus. nō
propter iactantiam nec propter tem-
porale lucrum.

Dominica tertia post festum trinitatis. p. Petri. v. **Textus**

Humiliamini sub potēti manu dei ut vobis exaltet in tēpore visitationis. Omne sollicitudinē vestram pñātes in eum. quoniam ipsi cura est de vobis. **Sobrii** estote et vigilate quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. sciētes eandē passionem quam in mūdo est vestre fraternitati fieri. **Deus** autem omnis gratie qui vocauit nos in eternā suam gloriā in xpō ihu ipsi gloria et imperium in secula seculorum Amen. **Postilla**

Humiliamini sub potēti manu dei et c. Ante incipit illi epistole scribit sanctus Petrus in eodē ca. di. **Deus** superbis resistit. humilibus autem dat gratiam. Tūc statim sequitur epistola pñis. In qua beatus petrus docet nos quō habere debeamus nos ad deū dicē. **Humiliamini.** Cor. humilitate voluntaria non cōacta. sub potēti manu dei. vel nos humiliabimur nos ei. vel ipse opprimet vos. quia manu eius effugere impossibile est. ut vobis exaltet. quia ois qui se humiliat exaltabitur ut patet **Lu. xviij.** in tēpore visitationis. i. in die iudicii quā deus iudicabit mūdum et reddet tūc unicuique secundum opera sua. oēm sollicitudinē vestram. i. corporis et anime. pñātes in eum. **Vnde** **Aug.** pñate in deum. nō est tam crudelis ut se subtrahat et te cadere permittat. quoniam ipsi cura est de vobis sed specialis. **Sobrii** estote. in victu et vestitu. et vigilate. i. diligēter a peccatis caute. quia aduersarius vester diabolus. qui semper bonis et fidelibus aduersatur. tanquam leo rugiens. per seruiciā circuit. per maliciā. querens quem deuoret. increpando sibi per mortalem culpā. cui resistite. **Cor.** eius suggestio

nibus nō acquiescendo. **Vnde** **Iaco. iij.** Resistite diabolo et fugiet a vobis. fortes in fide. tanquam in scuto. sciētes eandē passionē. i. cōsimilē tribulationē et temptationē quam vos sustinetis. ei. fieri. sed a diabolo. qui in mūdo est vestre fraternitati. i. vestris fratribus per mūdum dispersis quasi diceret. nō putetis temptationē carere eo quia fideles estis immo magis temptabimini ergo caute vos diligēter ne superabimini. **Vnde** **Eccle. xx.** Fili accēdes ad seruitutē dei sta in iusticia et timore. et ppara animam tuam ad temptationē. **Deus** autem. sed qui est dator. omnis gratie. **Cor.** quia bonorum temporalium. naturalium. spiritualium. et eternorum. qui vocauit vos. vocatione interiori per inspirationē. et exteriori per pñicationē. in eternā suam gloriā. sed finaliter consequendā. in xpō ihesu. i. per xp̄m ihesum. ipsi gloria et imperium. s. ad alios. in secula seculorum. i. in eternū.

Dominica quarta post festum trinitatis. Ro. viij. **Textus.**

Existimo enim quod nō sint condigne passiōes huius temporis ad futurā gloriā que reuelabit in vobis. Nam expectatio creature reuelationē filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volēs sed propter eum qui subiecit in spe. Quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. **Scimus** enim quod omnis creatura ingemiscit et paritur usque adhuc. Non solum autem illarum sed et nos ipsi primicias spiritus habētes. Et ipsi vere nos gemiscimus adoptionem filiorum expectātes redemptionē corporis nostri in xpō ihesu domino nostro. **Postilla**

Existimo enim quod non sint condigne passiōes et c. Ante incipit illi epistole scribit sanctus paulus

in eodē ca. d. **S**i filij et heredes. heredes quidē dei. coheredes autē xpi. si tamē compatimur ut simul glorificemur. Tūc statim sequit̃ p̃ns epl̃a in qua apl̃s paul⁹ hortat̃ nos ut patienter tollerām⁹ passiōes et p̃secutiōes hui⁹ mūdi qz ad futuram gl̃am nō p̃ueniunt nisi p̃ tollerātiām patienter passiōnū et qualescūqz sint tales passiōes tpales. nō tamen sūt odigne ad futuram gloriā hoc ostēdit apl̃s paul⁹ qui fuit rapt⁹ vsqz in terciū celum et vidit magnitudinem gl̃e celestis Et visis illis gaudijs post hoc dixit. **F**r̃es existimo. **V**m. i. vere scio. qd nō sunt odigne. i. eq̃les. passiōes huius tēporis **H**oc. tpales et momentanee. ad futuram gloriā. scz p̃merendam. q̃ reuelabit̃ in vob⁹ **V**m. tā malis q̃ bonis sed diuersimode qz quīs gloria futura ab omnib⁹ cognosceēt et videēt tamē hoc erit bonis ad gaudium et ad salutē. **M**alis ad oēm tristitiam et penā. nam expectatio creature **L**p. i. hominis qui est oīs creatura. utz **M**ar. vlti. p̃dicat euangeliū omni creature id ē homini. reuelationem filiorū dei **L**p. in beatitudine celesti vbi de⁹ clare videbit̃. expectat. scz per patiētiām vanitati eī. i. passibilitati. mortī et incineratiōi. creatura. i. humana natura. subiecta est nō volēs. i. p̃pria volūtate. et hoc p̃pter peccatū ade. qd nō est volūtarium i vobis. scz p̃pter eum. id est p̃pter deum qui subiecit eam in spe. scz resurrectionis future. qz et ipsa creatura. id est humana natura. liberabit̃ a virtute corruptionis. scz quādo in resurrectione ex gl̃a anime erit corp⁹ immortale. **S**cim⁹ enim qd oīs creatura. scz irrationalis ingemiscit et preurit vsqz adhuc. hic apl̃s inducit nos ad tollerātiām passiōis duplici exēplo. **P**rimū est creaturaz irrationalis

bilium q̃ sustinet multa et tū nō hūt spem remunerationis. sicut nos habem⁹. **S**ecūdum exemplum est ipso rum apl̃oz qui p̃mitus et pleni⁹ ceteris credētib⁹ spūm sanctū suscepērūt et patienter tollerabāt multa aduersa et dilationē gl̃e in spe resurrectionis future. ergo dr̃. **N**ō solū illa. scz irrational creatura. sed et nos ipsi. i. apostoli. p̃mitas spūs habētes **L**p. i. maiori plenitudine spūm scm̃ habentes. et ipsi itra nos gemim⁹. exātes i tribulatiōib⁹. adoptionē filiorū dei expectātes. i. premium qd reseruāt filijs adoptionis. redemptionē corpis nostri. qz tūc erit corp⁹ immortale et sic redimetur a corruptiōe. in xpo ihesu domino nostro.

Dominica quarta post festū trinitatis. p. Petri. in. **Text⁹**

Ones vnanimēs in oratione estote compatiētes. fraternitatis amatores. misericordes. modesti. humiles. nō reddētes malum p̃ malo vel maledictum pro maledictor sed ecōtrario benedictes **Q**uia in hoc vocati estis ut benedictionē hereditatis possideatis **Q**ui enim vult vitā diligere et videre dies bonos cohereat linguam suā a malo et labia eius ne loquantur dolum. **D**eclinet aut a malo et faciat bonum inquirat pacem et sequatur eam. qz oculi domini sup iustos et aures ei⁹ in preces eorum **V**ult⁹ autem domini super faciētes mala. **E**t quis est q̃ nobis noceat si boni emulatores fueritis **S**ed et quid patimini p̃pter iusticiam beati. **T**imorem autem eorū ne timueritis ut non cōturbemini. **D**ominū autem xpm sanctificate in cordib⁹ vestris **Postilla.**

Ones vnanimēs in orōne esto te et c. **A**ñte initium illius epl̃e scribit sanct⁹ petr⁹ in eodē ca. dices

Mulieres subdite sunt viris suis. Si
ut Sara obediebat abrahe dñm ei⁹
vocās. cuius estis filie benefaciētes
Tūc sequit̃ epistola hodierna i qua
apostolus Petrus instruit nos quō
vnusquisq; se ad alterz habere debe
at dicēs. Omnes vnanimēs in orōe
estote. **Cōr.** id est cōr vestrz et vnā
animā habētes nō dissentiētes. com
patiētes. ad inuicē sicut mēbra vni
us corporis inistia ipsi⁹ xpi per hoc alle
uiat̃ ille qui patit̃ cum p̃cipit alios si
bi cōpatiētes. vt dicit philosoph⁹.
η. rethoricoz. fraternitatis amato
res. i. fraterne vnitatis et concordie
cōseruatores. modesti. scz i omnib⁹
debitum modum seruādo. misericor
des. scz elemosinas indigētib⁹ tribu
endo. humiles. scz omnia bona deo
attribuēdo et nihil vobis. nō reddē
tes malum p malo. in factis iniurio
sis. vel maledictum p maledicto. v
bis cōtētiōsis. sed ecōtrario benedi
centes. verbis benignis et pacificis.
qz in hoc vocati estis. scz ad fidē xpi
vt benedictionem dei. scz qua dicit̃
Mat. xxv. Venite bñdicti p̃ris mei
et c. hereditatem possideatis. scz cele
ste regnum qd non dat̃ maledictis
P̃nde apostol⁹. neq; maledicti. ne
q; rapaces regnum dei possidebūt. q
enim vult vitam diligere. scz vitaz
beatā. in q nullus moriē. et videre di
es bonos. scz in beatitudine celesti
vbi dies noctib⁹ nō interrūpūtur fa
ciat. scz qd sequit̃. coherceat linguā
suam a malo. i. a malo colloquio in
aperto. **Vñ apl's. p. Cōr. xxv.** Cō
rumpūt bonos mores colloquia pua
et labia eius ne loquantur doli. i.
malum in occulto p̃ximū decipiēdo
Declinat aut̃ a malo. in ope. et faci
at bonum. hec em̃ sūt due p̃tes iusti
cie. inquirat pacē. cum p̃ximo etiaz
iniurioso. et sequat̃ eam. scz perfecte

qz oculi dñi sup iustos. ad remune
randū. et aures eius. i. volūtates. ad
preces eoz. exaudiēdi. vult⁹ autēz
domini. scz ire indignatiōis. sup fa
ciētes mala. ad puniēdum eos. et q̃s
est. homo vel etiā diabolus. qui vob
noceat. i. nocere possit. **Et** a bono vi
olēter retrahēdo. q. d. null⁹. si boni.
Nota boni ē hic gemitū casus. emu
latores. i. amatores. fueritis sed et si
quid. i. modicum. patimini. in p̃nti tē
pore. ppter iusticiā beati. estis iā in
spe tandē in re. vt dicit **Mat. v.** Bea
ti qui persecutionē patiūtur ppter iu
sticiā: qm̃ ipsoz est regnum celoꝝ.
Timorē autem eoz ne timueritis.
Ap. i. timorē enagentē a bono ṽtutis
vt nō turbemini. ipatiēter aduer
sa sustinēdo. dñm autem xpm sancti
ficatē. i. firmitatē. i cordib⁹ vestrīs.
scilicet sibi firmiter adherēdo.

V Dominica sexta post festum trimi
tatis **Ro. vi.** **Textus.**

Quicūq; baptisati sum⁹ in xpo
ihesu. in morte ipsi⁹ baptisa
ti sum⁹. Cōsepulti em̃ sumus
cum illo p baptismū i morte. vt quō
surrexit xps a mortuis p gloriā pa
tris ita et nos in nouitate vite ambu
lem⁹. **Si** em̃ oplātati facti sum⁹ simi
litudinē mortis eius simul et resurre
ctionis erim⁹. Hoc sciētes qz vt⁹ ho
mo noster simul crucifixus est vt de
struat̃ corp⁹ peccati vt ultra non ser
uiam⁹ pctō. Qui aut̃ mortuus ē iusti
ficat⁹ ē a pctō. **Si** aut̃ mortui sum⁹
cum xpo. credim⁹ qz simul etiā uiue
m⁹ cū xpo. **Sciētes** qz xps resurgēs a
mortuis iam nō moritur mors illi vl
tra nō dominabit̃. qz em̃ mortu⁹ est
peccato mortu⁹ est semel. qz autem
viuit uiuit deo. ita et vos existimate
vos mortuos quidem esse peccato.
viuentes autem deo in christo ihesu
domino nostro.

Postilla
d iij

Quicūq; baptisati sum⁹ ⁊ c. **A**n
mā illi⁹ ep̄le scribit s̄a. pau.
di. Vbi abūdauit delictū supabūda
uit ⁊ grā. Et sicut regnauit pctm̄ in
morte. sic ⁊ grā regt p iusticiā in vi
tā eternā p ihesū xpm dñm nostrū.
Tūc sequit ep̄la hodierna i q̄ ap̄ls
hortat nos ad vite pfectiōē q̄ consistit
in hoc q̄ pctis mortui soli deo viuā⁹
Vnde dr. fr̄es. Quicūq; baptisati su
m⁹ .i. nos cuiuscūq; condōnis ⁊ sex⁹
fuerim⁹. in xpo ihu. i. in forma tradī
ta a xpo in euāgelio. vt; Mat. vlti.
Gites in mundum vniuersū p̄dicare
euāgelii oī creature baptisātes eos
In noīe p. ⁊ fi. ⁊ s. s. Illa forma ver
borū nō d; mutari ⁊ nihil d; addi nec
minui. In morte ipsi⁹ baptisati sum⁹
.i. in v̄tute mortis ipsi⁹. Baptismus
em̄ h; v̄tutē ex passione xpi. In cui⁹
signū de latē ipsi⁹ xpi exiuit sāguis ⁊
aqua. vt; Jo. xix. vt significaret q̄
aqua baptismi h; v̄tutē a sāguie pas
siois xpi. Cōsepulti em̄ sum⁹ cū illo p
baptismū i mortē. q. d. In baptismo
similes sum⁹ morti xpi. Vbi notādū
q̄ baptism⁹ tenet silitudinē mortis
xpi in trib⁹. P̄rio q̄ baptism⁹ totū
baptisatū ē in se icludit ⁊ tegit. sicut
sepultura totū xpm icludit. Secūdo
q̄ sicut triduo fuit ibi iclusus. sic fit
trina immersio i baptismo. nisi v̄sus
aliē h̄eat. Tercio q̄ sicut sepult⁹ ple
ne quiescit ab oī molestia sic baptis
m⁹ ab oī culpa ⁊ pena. q̄ totū relax
atur i baptismo. vt quō surrexit xps
a mortuis .i. a loco mortuorū. scz de
sepulcro. p gl̄am p̄is .i. ad laudē ⁊
gl̄az di p̄is. ita ⁊ nos i nouitate vi
te ābulem⁹. de bono in meli⁹ p̄ficiē
dosi em̄ cōplantati. Vm. i. firmit̄ ad
herēdo xpo sicut radix plāte adheret
facti sum⁹ silitudini mortis ei⁹ .i. si
cut xps post mortē surrexit corpali
ter sic ⁊ nos postq̄ ⁊ semel mortui su

erim⁹ pctō debemus fieri noui hoīes
sp̄ualit̄. simul ⁊ resurrectionis erim⁹
id est sicut ip̄s surrexit a morte pene
ad vitā gl̄e. sic ⁊ nos a morte culpe
ad vitā gr̄e. hoc sciētes q̄ ver⁹ hō nū
id ē fomes pcti quē ab adā q̄ ē ver⁹
hō traxim⁹. simul crucifix⁹ ē. i. delib̄a
tus ē in baptismo vt iā nos cogē nō
possit ad peccādū. vt destruat corp⁹
pcti. i. ogeries p̄uorū op̄erū. ⁊ vltra
nō fuim⁹ pctō. s. deor. q̄ nemo pōt
duob⁹ dñis h̄uere. Mat. vi. qui enim
mortu⁹ est pctō. Ly. id ē cōfigurat⁹
morti xpi p baptismū. iustificat⁹ ē a
pctō. q̄ baptism⁹ delet culpā ⁊ penā
si aut mortui sum⁹ cū xpo credimus
q̄ simul etiā viuem⁹ cū eo. Cor. scz i
gl̄a celesti. sciētes q̄ xps resurgens
ex mortuis iam nō moriē mors illi vl
tra nō dñabit. Ly. q̄ surget ad vitā
immortē. q̄ em̄ mortu⁹ ē pctō. s. xps
p pctō tollēdo. mortu⁹ est semel. q̄
vnica mors xpi suffiat ad tollēdum
oīa pctā p̄terita. p̄ntia. ⁊ futura. q̄
aut viuūt. scz ipse xps. viuūt dō. id ē
ad silitudinē dei p̄is. vt sicut p̄ nō
potest mori sic nec xps fili⁹ dei ⁊ hoīs.
ita ⁊ vos estimate vos mortuos qdē
esse pctō. p totalē dimissionē culpe.
Et notāter dicat. estimate. nō p cer
to reputate. q̄ nescit hō si finaliter
mortu⁹ est pctō iuxta illud Eccl̄e. ix.
Nescit homo an odio vel amore dig
nus sit. viuētes autem deo. id est ad
honorem dei. in xpo ihesu dño nostro
id est in fide ihesu xpi. **Text⁹.**

Dominica septima. Ro. vi.

Humanum dico propter in
firmitatem carnis vestre. si
aut enim exhibuistis mem
bra vestra seruire immundicie ⁊ ini
quitati. ita nunc exhibete corpora
seruire deo in sanctificationem. Cum
enim serui essetis peccati. liberi fui
stis iusticie Quē ergo fructū hūistis

tūc i quib⁹ nūc erubescitis. **N**ā finis
illoz mors est. **N**unc vero liberati a
pctō serui autē facti deo habetis fru
ctum vestz in sanctificationē: finē ve
ro vitam eternā. **¶** **S**pedia em pecca
ti mors. grā autē dei vita etna i xpo
ihesu dño nostro. **Postilla**

Humanū dico ppter infirmitatē
et c. **A**n̄te incipit illi⁹ eplē scri
bit scūs paul⁹ in eodē ca. d. **F**rēs ser
ui fuistis peccati: liberati autē nunc
a pctō serui facti estis iusticie. **T**unc
statim sequit⁹ p̄s eplā. in qua apls
paul⁹ hortat⁹ nos ad faciendum bona
opa et ad viuendū fm iusticiā dicēs
humanū dico. **C**or. i. quoddā leue
vobis p̄cipio. **O**nus enim iusticie qd
vult eis imponē leue est. vtz **M**atth.
xi. **I**ugum em̄ meū suauē ē: et onus
meum leue. ppter infirmitatē carnis
vestre. caro em̄ in p̄ncipio creatiōis
fuit fortis et sana et obediēs aīe: sed
ppter peccatū facta ē debilis et infie
ma aggrauās et deprimēs aīam. **V**n̄
sap. ix. **C**orp⁹ qd corūpiē aggrauat
aīam. sicut em̄ exhibuistis mēbra ve
stra seruire immūdiē **C**or. i. ad ser
uiedum pctis carnalib⁹. et iniquitatē.
id est pctis spūalib⁹. ad iniquitatē.
id est ad mali cōsumationem. ita nūc
exhibite mēbra vestra. **L**y. per bonā
cōsuetudinē abilitātes ea. seruire iu
sticie. q. d. illud ē leue. s. qd nō plus
laboris requirit⁹ in seruitio dei q̄ du
cit ad glōriam q̄ in seruitio diaboli q̄
ducat ad gehennē. in scificationē. i. s̄a
ctitatis cōsumationē. cū em̄ serui esse
tis pcti. liberi fuistis iusticie. **L**yra. i.
spoliati a bono iusticie. quē ergo fru
ctū. i. vtilitatē. habuistis tūc in illis.
supple pctis. in qb⁹ nūc. i. post p̄maz
erubescitis. q. d. nullā vtilitatē ha
buistis: sed maximū damnu. nam si
nis illoz. scz pctō seruiētū. mors ē
scz eterna. nūc vero liberati a pctis.

Ly. p elus dimissionē. serui autē facti
deo. p iusticie opationē. hētis fructū
vestz. **V**m. i. vtilitatē vestrā. in scifi
cationē. **L**y. i. in grām in p̄nti. finem
vero. scz vltimū. vitā eternā. i. i futu
ro glōriā eternā. **S**pedia autē pecca
ti. **V**m. i. p̄miationes que debent militi
b⁹ diaboli. mors ē. scz culpe. et cōsequē
ter eterne pene. grā autē dei. id est p̄
miū p bono ope in grā dei factū. vi
ta eterna in xpo ihesu dño nrō. id ē
p xpm dñm nostrz tanq̄ mediatorē

Dīca. viij. **R**o. viij.

Text⁹

Debitores sum⁹ non carni vt
fm carnem viuam⁹. **S**i enim
fm carnem vixeritis morie
mini. **S**i autē spū facta carnis mortifi
caueritis: viuetis. **Q**uicūq; em̄ spū
dei agunt: hī sūt filij dei. **N**ō em̄ acce
pim⁹ spūm seruitutis iterz in timore:
sed accepistis spūm adoptionis filio
rū. in quo clamam⁹ abba pater. **I**p̄
spūs testimoniu reddidit spiritui nrō.
q̄ sum⁹ filij dei. **S**i autē filij et hēdes
heredes qdē dei: coheredes autē xpi.

Debitores sum⁹ **Postilla.**
nō carni vt fm et c. **A**n̄ incipit il
lius eplē scribit scūs paul⁹. d. **Q**ui
em̄ fm carnē sūt q̄ carnis sūt sapiūt.
qui vō fm spūm q̄ sūt spūs sentiūt.
nā prudētia carnis mors est. prudētia
autē spūs vita et pax. **Q**m̄ sapia car
nis inimica est deo. **T**ūc sequit⁹ p̄s
eplā. in q̄ apls hortat⁹ nos ad mortifi
cationē carnis et ad imitatioz spūs
p rōnes vt fm spūm viuam⁹. et ad
hoc adducit rōnes. s. p̄p̄ debitum et
p̄p̄ future mercedis magnitudinē. **V**n̄
d̄t. **F**rēs debitores sum⁹. s. spiritui
scō vel rōe p̄p̄e. nō carni vt fm car
nē viuam⁹. s. i voluptatib⁹ carnis. si
em̄ fm carnē **C**or. i. fm carnis deside
ria et voluptates. vixeritis. vita cor
pali. moriemini. morte spūali et etiā
etna. si at spū. i. rōe. facta. id ē opa
d n̄j

carnis mortificaueritis. peit⁹ ea abh
tiedo. et fugiendo. uiuetis. vita spūa
li hī iusticia et i futuro i glā. qūq
em spū dei agunt. **Cor. i.** regunt. hī
filij dei sūt. fūietes ei nō tiorē fūili. s
ex tiorē filiali. nō em accepistis spm
fuitutis itē i tiorē. sicut i veteri le
ge q fuit lex tioris: s accepistis spm
adoptōis filiorū dei. i. spūm scm dato
rē bonorū p quē fit adoptio filiorū dei
qd ex boitate ē et mia dei. i q clamā⁹
abba p^r. **Ly.** abba p^r duo ei sūt noia
id ē significātia. vnū hōbraicū. alterū la
tinū. ad significādū duplicē dei pētra
tē. **Vna** ē ois bois et mal^r: qz ē p^r cre
atōis oim hōim. **Alia** spūal grē adop
tōe de q hic d^r. ipē ei spūs testiomū
reddidit spūi nrō. cū ei spūs nr p spm
scm bonū agit. qd ē signū dīne filia
tiōis. **Hoc** at signo qsi quodā testio
mō eū certificat. qz sum⁹ filij dī **Vin.**
nō p naturā sicut xps: s p adoptōez
p spūm scm. si at filij dei **Cor.** sum⁹
et hēdes. erim⁹. hēdes qdē dei. cui⁹
bēitudinē fruimur. cohēdes at xpi.
in quo et cū quo bti erim⁹

Domica. ix. i. Cor. x. Text⁹.

Non sum⁹ concupiscētes malorū
sicut et illi concupierūt nez ydo
latre efficiamini sicut qdā ex
ip^s quēadmodū scriptū ē. **Sedit** po
pul⁹ māducare et bibē et surrexerūt
ludē **Requ** fornicemur sicut quidā ex
ip^s fornicati sūt. et ceciderūt vna die
viginti tria milia. neqz tēptem⁹ xpm:
sicut qdā eorū tēptauerūt et a spēnti
b⁹ pierūt. **Requ** murmuraueritis sicut
quidā murmurauerūt et pierūt ab
extēmiatore. **Hec** at oia i figura oīn
gebāt ill^r. **Scriptū** ē at ad correptio
nē nrām. i quos fines st^rlorū deue
rūt. **Itaqz** q se existimat stare vide
at ne cadat. **Tēptatio** vos nō appre
hēdat n hūana fidel at de⁹ ē q nō pa
tiet vos tēptari sup id qd potestis.

Sz faciet cū tēptatōe enā pūctū vt
possitis sustinere. **Postilla.**

Non sum⁹ concupiscētes ma. et c.
Pro intellectu illi⁹ eplē attēdē
d^r bñficiū p^rlo iudaico in dēsto exhi
bita a dō. i. trāsitu p mare rub^r de
fensionē colūne. abatōez māne et sic
de alijs q oia de⁹ miraculose eis exhi
buit. ip^s aut de rātis bñficijs ingēd ex
istētes concupierūt carnes comedē pui
pendētes māna. **Itē** ydolatriā omise
rūt adorādo vitulū **Itē** fornicati sūt
cū madiāitis oīra pceptū dī. **Itē** cō
tra moyse et aarō murmurauerūt et
sic de alijs. **Et** id plagas in hodierna
eplā exp^rssas iauerūt **Monet** ergo
nos scūs pau. i hōier. eplā ne talia
faciam⁹. qz si similes eis fuerim⁹ i cul
pa. **Erin⁹** eis similes i pena. ergo d^r
p^res nō sum⁹ concupiscētes malorū. q
ad affectū. sicut illi concupierūt. de qui
bus d^r ps. lxxv. **Concupierūt** concupi
scētā et c. **Rueri. xi.** d^r vulg⁹ pmi
seuū flaguit et c. q. d. **Nō** peccem⁹ si
cut et illi ne sūt puniamur sicut et illi
neqz ydolatre efficiamini. **Vin.** hōrē
soli deo debitū ydol et creaturis nul
lo mō exhibeatis. sicut qdā ex ip^s
scz ex filijs isrl fuerūt qui sibi vitulū
conflatilē fecerūt et ip^s p deo adora
uerūt. vt hē **Ru. xxv.** quēadmodū
scriptū ē **Exo. xxxij.** sedit p^rls mādu
care et c. et surrexerūt ludē. i. ludos
facē sicut coreas i venerationē vituli
Notādum q sicut oli fuerūt diuersa
yola infideles. ita et uic int xpia
nos: qz aliq colūt diuitias aliq hōres
aliq corpis delicias aliq pueros et vx
ores vñ **Aug.** hoc ab hōie colit qd p
ceteris diligit. neqz fornicemur. **Vin.**
i. actū luxuriosū extra p^rriā cōiugē
nullo mō ppetrem⁹. sicut qdā ex ip
s fornicati sūt **Ly.** scz mulierib⁹ ma
diamitis. vt hē **Ru. xxv.** et ceciderūt
vna die. xxij. milia **Ly.** nec ē hoc cō

tea illud qd dicitur **Ru. xv.** qd ceciderit
xxv. milia. qd minor numerus cludit in
maiore. et id cludit qd rex e de ma
iore. et eadē rex de minori. neq tēpte
m9 xpm **Cor.** diffidēdo de ei9 potētia
sicut qdā eoz tēptauerunt. scz ipsū
deū dicētes illd ps. lxxv. nunqo po
terit et c. et a spētib9 pierūt. qz dñs
irat9 misit oīra eos spētes igitos et
quēcunq momorderūt statim morie
bāt. donec moyses ex iussu dñi spētē
enēū erexit ad cui9 aspectū sanabāt
vt hēi **Ru. xxi.** neqz murmuraueritis
scz oīra deū vel platos ei9. sicut qdā
eoz murmurauerūt. oīra moysen.
Ru. xvi. et **Exo. xvi.** murmurauit oīs
cōgregatio et c. et pierūt ab extēma
tore. scz ab āgelo eos percutiēte. hēc
autē oīa in figura oīngēbāt illis. s.
ad designādum qd sic vel quib9 fiet no
bis si fuerim9 similes eis. scripta sūt
autē ad correctionē nrām **Vm.** puni
tiones et pene illicite iudeis in veteri
testamēto sūt septa ad nrām corre
ctionē vt visis vel auditis ill9 peis ca
ueam9 pctā oīilia. ne in illas vel ma
iores penas incidam9. in quos fines se
culoz deuenerūt. **Li. i.** in nos q sum9
iā in sexta etate seculi durat vsqz i
finē mūdi. itaqz q se existimat stare.
Vm. i. opinat se esse in grā siue in ca
ritate dei. videat. et caueat. ne cadat
scz ab illa grā p pctm mōile. tēpra
tio vos nō apprehēdat nisi humana.
Vm. q. d. si tēptatio isurgit in vobis
videatis qz vos nō apphēdat p oīliā
qz si oīensū adhibueritis: nō ē tēpta
tio hūana: s diabolica. vñ **Gre.** in pa
storali **Quānū** ē in corde tēptatōez p
peti demoniū cū vō i tēptatōis certa
mine supari. fidel aut de9 est. **Li. ix.**
missis iplēdis. q nō patiet vos tēpta
ri sup id qd potestis: qz pmissit adiu
torū in tēptatōib9 positū si fidelit re
currāt ad ipsū. s faciet cū tēptatione

egā puentū. vos adiuuādo vt ipsa
tēptatio vob9 pueniat ad augmentū
meriti post ei9 supationē. vt possitis
sustine **Vm.** ne cadatis i pctm et oī
sū. vñ **Aug.** diabol9 plerūqz vult no
cere et nō pt. qz ptās ei9 ē sub ptāte
dei. Pā si tm poss9 nocē diabolus qrtū
vellet aliq9 iustoz nō remanēt

Vm. i. x. p. Cor. xi.

Tert9

Citis qm cū gentes essetis ad
simulacra muta put duceba
mini eūtes **Iero** notū vob fa
no: qz nemo in spū dei loquēs ē ana
thema ihesu **Et** nemo pōt dicē dñs ihe
sus nisi i spūscō **Diuisiōes** vero grā
rū sūt: idē aut spūs **Et** diuisiōes min
strationū sūt. idē aut dñs. **Et** diuisiō
nes opationū sūt: idē vō de9 qui opa
tur oīa i oib9 **Vnicuiqz** aut dat mai
festatio spūs ad vtilitatē. **Alij** qdē p
spūm dat sermo sapie **Alij** vō sermo
scie fm eundē spūm **Alteri** fides i eo
dē spū. **Alij** grā sanitatū in vno spū
Alij opatio vtutū. **Alij** pphetia. **Alij**
discretio spiritūū. **Alij** gñā linguaz
Alij interpretatio sermonū. **Hec** autē
oīa opat vñ atqz idē spūs diuidens
singul9 put vult

Postilla

Citis quoniam cū gentes esse
tis ad simulacra muta put et c.
Ante incium illius epistole scribit
sanctus paulus dicens. qz si nosmet
iplos diiudicemus non vtiqz diiudi
cātemur. **Dum** autem iudicamur a
domino corripimur vt non cum hoc
mundo damnemur. **Tunc** sequitur
epistola hodierna in qua apostolus
loquitur de donis spiritus sancti ostē
dens qz omnium donorum auctor est
spiritus sanctus. et nullus potest face
re aliquod bonum meritorium sal
tem vite eterne nisi in spiritus sancto
Et hoc apostolus ostendit experimen
to vite preterite. di. scitis quoniam
cum gētes et c. **Li. scz** gētilit viuetes

absq; dei grā ante ouersionē ad fidē
• ad simulacra muta eūtes • ea adorā
da. **C**olebāt em̄ gētes ydola martis
mercurij. ⁊ sic de alijs. ⁊ dicebantur
muta. qz per se vel ex se nō habebāt
aptitudinē loquēdi q̄uis diabol⁹ per
ea q̄nq; dedit cūsa. put duce. **C**or.
scz a maligno spū sicut equ⁹ ⁊ mul⁹
in quib⁹ nō ē intellect⁹. iō notū v
bis facio qz nemo in spū dei loquēs.
Ly. grā dei vtēs. dē anathema ihu.
iō ē blasphemā aliquā. d. ihesu dño
nrō. ⁊ nemo p̄t dicē dñs ihs. cōsten
do ipsū suū dñm ⁊ saluatōrē. s. qz ip̄e
sit veracit̄ dñs ⁊ ip̄e fu⁹ ei⁹. n̄ in spū
scō. iō ē p spūm sc̄m a q̄ est oē rex.
vñ **A**mbro. **O**ē rex a quocūq; dica
tur a spū scō ē. diuisiones grāz sūt.
Rota qz grās hic appellat diuersos ḡ
d⁹ ⁊ ordies q̄ sūt in eccia. idē autē
spūs. scz scūs ē distributor gōuū ⁊
ordinū ⁊ officiorū. ⁊ diuisiones mīstrā
tiū sūt. iō ē diuersi effect⁹ grē quib⁹
ali⁹ huiūt alijs ⁊ sic ordināt i primū
hōc exēplū dedit nob xps. vñ **M**at.
xx. **F**ili⁹ hōis nō reit mīstrari s̄ mīstra
re. **I**te. p. **P**e. n̄. **V**nusq; sicut ac
cepit ⁊ c. iō aut dñs. iō ē xps fili⁹
dei dans singulis p volūtate sua. ⁊
diuisiones opationū sūt. iō ē diuersi
act⁹ grē q̄tū ad se. p quā grāz facit
opa meritoria qdā maiora qdā mīo
ra opa. iō vō dē. scz p̄. **E**t notādū
qz apls pōit hic tria noīa vt itelliga
tur qz totū trinitatis sūt dona grāz.
quo ad psonā spūs sc̄i dē. idē autē
spūs. q̄ ad psonā filij. iō aut dñs.
quo ad psonā p̄is dē. iō aut dē. s̄
ne videreē distinctio s̄stātis ⁊ opa
tiōis s̄biūgit p̄ceptatē s̄be ⁊ opatio
nis triū psonarū. qm̄. s. dē p̄. dē fi
li⁹. ⁊ deus spūs scūs. vn⁹ ex̄is dē.
• opat̄ oīa. scz necāria salutis. i oib⁹.
nō oīa i singul⁹. qz vñ nō ēbūt oīar
sed i oib⁹ oīa. vt qd q̄s i se nō h̄z ha

beat i alio sicut i hūanō cōrpe ocul⁹
sol⁹ videt. s̄ nō sibi soli. s̄ toti corp⁹
vt sic manet caritas ⁊ hūilitas. **V**n
psa. xxvi. **Q**uia opa nrā opat⁹ es i no
bis. vñcūq; aut. scz fideiū. dat̄ ma
nifestatio spūs. iō ē grā q̄ manifestat
spūm inesse. ad vtilitatem. scz eccie
• **A**ly qdē p spūm. scz scūm. dat̄ fmo
sapie. scz loquēdi de cōtemplatōne cele
stiū. ali⁹ at sermo sciētie. scz loquēdi
de actiōe tpaliū. fmo eūde spūm alte
ri fides. iō ē cōstātia vel fmo fidei. in
eodē spū. **A**ly grā sanitatū. scz curā
di ihermos. i vno spū **A**ly opatio v
tutū. iō ē mīaculorū q̄ sūt sup naturā
• ali⁹ pphetia. scz p̄dicē futura. ali⁹ di
cretio spiritūū **C**or. iō ē grā discer
nendi quo spū ducunt. iō ē bono vel
malo qz etiā diabol⁹ hō seductorie di
cit. ali⁹ gñā linguarū. iō ē loq diuer
sis linguis. **A**ly interpretatio sermonū.
iō ē interpretatio obscuritatū sc̄pture
que sūt in pphetis ⁊ euāgelis ⁊ i epi
stola. **H**ec aut oīa. licet diuersa sint
• opat̄ vn⁹ atq; iō spūs diuidēs sin
gulis. put vult. iō ē grā ⁊ sicut cui
qz scit expedire

Textus

Dominica. xi. p. **C**orinth. xv.

Notū vob facio euāgeliū qd
predicauī vob. qd ⁊ accepi
stis i quo ⁊ statis p qd ⁊ sal
uamini **Q**ua ratiōe p̄dicauerim vob
si tenetis nisi frustra credidistis **T**ra
didi enī vob qd ⁊ accepi quoniā xps
mortu⁹ ē p p̄ctis nr̄is fmo sc̄pturas.
et qz sepult⁹ ē ⁊ qz resurrexit tercia
die fmo sc̄pturas. ⁊ qz visus ē cephe
et p⁹ hec vñdecim. **D**eide visus ē pl⁹
q̄ quingētis frīb⁹ simul de q̄b⁹ mlti
manēt vsq; adhuc. qdā aut dormie
rūt. **D**einde visus ē iacobo **D**eide apo
stol oib⁹. **R**ouissime aut oīm tanq̄
abortiuo visus ē ⁊ mihi. **E**go enī sū
imim⁹ aplorū q̄ nō sū dign⁹ vocari
apostol⁹. quoniā psecut⁹ sū ecciam

dei. Gratia autē dei sū id qđ sum. Et
grā eius in me vacua nō fuit

Notū vobis facio **Postilla.**
Euāgelium qđ .i. c. Ante manū
illius ep̄le scribit sc̄us pau. d. Si quis
ignorat ignorabit. oīa autē honeste
et fm ordinē fiāt in vob. Tūc statim
sequit̄ p̄ns ep̄la in q̄ apl's cōmēdat
nob doctrinā euangelicā p quā pue
rit ad glām resurrectionis. d. fr̄es.
id ē **O** corinthi q̄ estis fr̄es in xp̄o si
cūt oēs in xp̄o p fidē gemitū. notū vob
facio **Ly.** i. ad memoriā reduco. euā
gelii. i. doctrinā euangelicā. qđ p̄oi
caui. i. denūciaui vobis. qđ et accēpi
stis **Vm.** corde credēdo et ore cōfēdo
. in quo et stātis. i. pmanē et stare de
betis. p qđ et saluamini. iā in spe et
tandē in re. q̄ cōne p̄oicauerim vob
Cor. scz p xp̄i resurrectionē astruen
do nrām resurrectionē. mli frustra
credidistis. id ē sine aliq̄ utilitate.
qz fides sine opib⁹ mortua ē. tradidi
em vob in p̄mis. **Ly.** i. int̄ p̄ncipalia
credēda: qz articuli fidei sunt p̄ncipia
ex quib⁹ alia credēda deducunt̄. qđ
et accēpi. p reuelationē a sp̄s sancto
. qm xp̄s mortu⁹ est p p̄ctis nostris
Ly. nō suis. vtz **Ila.** lin. ppter zelus
et c. Itē in eodē ca. Ipse autē vulnera
tus et c. fm sc̄pturas. scz ipsorū p̄ph̄e
tarū qui passionē xp̄i p̄dixerūt. vnde
Iher. xi. Ego q̄si agn⁹ et c. Itē **ysa.**
lin. Sicut ouis ad occisionē et c. et
qz sepult⁹ est. **Ly.** vt veritas mortis
eius p̄bareē. et qz resurrexit t̄cia die
fm sc̄pturas. vñ **Osee.** vi. Viuifica
uit nos et c. et qz visus ē **Ly.** p⁹ resur
rectionē suā. cēph̄e. i. petro. et p⁹ h̄c
xi. scz apl's q̄ apparicio facta fuit. p⁹
dies octo sue resurrectionis p̄nte tho
ma. **Jo.** xx. deinde visus ē pl⁹ q̄ quin
gentis fr̄ib⁹ simul. et illa apparicio fa
cta fuit i galilea in q̄ apparuit apl's
et multis alijs xp̄i fidelib⁹. ex quib⁹

multi manēt vsqz adhuc. viuētēs in
illo tpe **Cor.** q̄ testes sunt hui⁹ si ab
eis requat̄. quidā autē dormierūt. scz
morte corpali. q̄ dī dormitio qz erit i
spe resurrectionis future. deinde vi
sus ē iacobo. scz alpheī q̄ dict⁹ est fra
ter dñi et q̄ fuit ep̄s iherosolimitan⁹
qui ei sicut di. haymo. vouerat se nō
māducatur quousqz dñm post resur
rectionē vidisset. id xp̄s ei apparui
t tū h̄c nō legiē in euāgelio. deinde
apl's oib⁹. scz visus ē. et h̄c factū ē
in die ascensionis. vtz **Mat.** vlti. no
uissimē aut oīm. id ē post ascensionē
xp̄i in celū. tanq̄ abortiuo visus ē et
mhi. scz in via qm iui damascū. vtz
Act. ix. **Ly.** vocat autē se abortiuū. qz
abortiu⁹ dicē vt⁹ qui nascit̄ extra tē
pus debitū. vel q̄ cum violētia educi
tur de vtero. Sic apl's qz alij renatī
fuerūt ante aduentū sp̄s sancti. ipse
aut post. Itē alij cōuerſi fuerūt spon
te. ipse q̄si violētē in actu p̄secutōis
fidei. ego em sū minim⁹ apl'orū. qz vl
tim⁹ tpe. q̄ nō sum dign⁹ vocari apo
stol⁹. scz si mea p̄cedētia merita attē
dant. quomā p̄secut⁹ sum ecciam dī
Ly. qz alij nō fecerūt et in h̄c mīor
fuit alijs apl's licet ex grā dei fact⁹
fuerit valde magn⁹. grā autē dei sū
id qđ sū. apl's xp̄i. qz sine grā dei h̄o
nihil ē. et grā eius in me vacua nō fu
it. id ē carēs bonis opib⁹. Sequit̄ in
textu post epistolaz illam. sed omni
bus illis abūdanti⁹ laboraui. nullus
em apostolorū legiē in tot terris et p
uincis predicasse nec tot tribulatio
nes in terra et in mari sustinuisse.

Domínica duodecima. ij. Cor. iij.

Habemus talem **Text⁹**
habem⁹ per christum ad de
um non q̄ sufficientes sum⁹
cogitare aliquid a nobis quasi ex no
bis: sed sufficientia nostra ex deo est
Qui pdoneos nos fecit ministros.

nouū testamētū. nō littera: sed spū sā
cto **L**ittera enim occidit: spūs autēz
uiuificat. q̄ si ministratio mortis litte
ris deformata in lapidib⁹ fuit ī glā
ita vt nō possint intēdere filij isrl̄ in
faciē moysi ppter gloriāz vult⁹ eius
que euacuat. quō non magis mini
stratio spūs erit in glā. **N**am si mini
stratio damnationis gloria est: mul
tomagis abundat ministerium iusti
cie in gloria. **Postilla.**

Fiducia talem habemus p xpm
q̄ ē. **A**nte incipit illi⁹ epistole
scribit scūs Paul⁹ d. Xpi bon⁹ odor
sum⁹ deo in hys q̄ salui sūt ⁊ in hys
qui preiūt: ⁊ alijs quidē odor mor
tis in mortē. alijs autē odor vite ī
vita. **T**ūc sequit⁹ p̄ns epistola in qua
apostol⁹ ostēdit cōfidēdum esse ī deo
et hoc ppter nostr⁹ defectū ⁊ diuinū
eius adiutorium qd̄ specialit̄ modo
tpe grē deus pat⁹ est nob̄ impēdere
Vñ dicit. **F**iducia talem hēm⁹ ad deū
scz qui ē vnus in substātiā ⁊ trīn⁹ in
personis. per xpm. i. ex merito passio
nis xpi ⁊ p grām xpi possum⁹ salua
ri. nō q̄ sufficiētes sim⁹ cogitare ali
quid. supple boni a nobis tāq̄ ex no
bis. q̄uis em̄ omne bonū qd̄ agim⁹
sit a nobis vt cā secūdaria. nō tñ ex
nob̄ vt a cā p̄maria. **D**e⁹ em̄ ē q̄ opa
tur in nob̄ velle ⁊ p̄ficē. s̄ sufficiētia
nrā. **C**or. cogitādi. volēdi. faciēdi bo
nū. ex deo ē. vtz **Jo. xiiij.** **S**ine me ni
hil potestis facē. q̄ ⁊ pdoneos nos fe
cit ministros. s. vita ⁊ scia. noui te
stamētū. i. euāgelij. nō littera. i. nō exū
tis in lēā tñ sic vt lex moysi qz euan
gelij pabolas nō semp ad lēām intel
ligim⁹. sed spū. i. ad sensum spūalē
lēā em̄ occidit. qz testamētum vet⁹
cognitionē peccati dabat nō tamen
grām. spūs autē. id est spūs scūs
qui dat in sacramētis noui testamē
ti: viuificat. id est viuere facit. q̄ si

ministratio mortis. id ē legis mosai
ce mortem tpalē inferētis trāsgressio
rib⁹. lēis deformata in lapidib⁹. id
est scripta in tabulis lapideis. fuit ī
gloriam. id ē reuerentiā. ita vt non
possent intēdere filij isrl̄ in faciē mo
ysi. **N**ota q̄ **Exo. xxxij.** d̄ q̄ ex collo
quio dei in mōte synai facies moysi
fuit facta q̄si cornuta nō q̄ fuissent
realia cornua. sed quasi quidā radij
procedētes sursum angulariter in figu
ra cornuū. **E**t d̄ ibidēz q̄ filij isrl̄ nō
potuerūt intēdere in faciē eius. **E**t
cum deberet eis loqui oportebat q̄
velamē aponebat ante faciē eius.
et hoc. ppter gloriā. id ē claritatē
vult⁹ eius que euacuat. qz illa glā
in moysi nō diu pmāsit sed trāsiuit.
quō magis ministratio spūs. id est
nouū testamētū. erit in gloria. supple
eterna. nam si ministratio damnatio
nis. id est veteris legis que idēz dicitur
ministratio damnationis eo q̄ nō
poterat ab ea saluari. in gloria ē mlt̄
tomagis. ministerium iusticie. id ē
legis euāgelice. abundat in gloria. id
est perducit ad gloriā.

Dñca. xij. **G**ala. iij. **Text⁹**
Abrahe dicte sūt p̄missiones
et semini ei⁹. **N**ō dicit ⁊ semi
nib⁹ quasi in multis sed q̄si ī
vnō: ⁊ semini tuo q̄ est xps. **D**oc au
tē dico testamētū cōfirmatū a deo.
que post q̄dringētos ⁊ triginta ānos
fcā ē lex. n̄ ieritū facit ad euacuāda
p̄missionē. **N**ā si ex lege hēditas. iā
nō ex rep̄missionē. **A**brahe autē p re
p̄missionē donauit de⁹. **Q**uid igit̄
lex p̄t trāsgressionē posita ē: donec
veniret semē cui p̄miserat ordiata p
angelos in manu mediatoris. **M**edi
ator autē vni⁹ nō ē. de⁹ aut vñ⁹ est.
Lex ergo aduersus p̄missa dei absit.
Si em̄ data esset lex q̄ possz viuificāre
vix ex lege esset iusticia. **S**z clulic

scriptura oia sub pctō: vt pmissio ex
fide ihu xpi daret credētib⁹ **Do.**

Abrae dicte sūt pmissiones a c.
An in iū illi⁹ ep̄le scribit scūs
paulus. d. Scriptū est **Gen. xv.** Cre
didit abraā deo et reputatū est ei ad
iusticiā. Tūc sequit p̄ns ep̄la. **A**brae
dicte sūt pmissiones a c. **V**bi notan
dū qd galat̄e gētilēs fuerūt greci. et
per apl̄m paulū ad fidem xpi cōuersi
sūt. Et recedēte ab eis apl̄o per pseu
do apl̄os fuerūt seducti et decepti ita
q ad obseruationē legalīū veteris te
stamētī reuerentē q̄si p fide xpi absq
legalīū obseruationē saluari nō possēt
qd falsū est. Quos apl̄s ad verā fidē
reuocat in ep̄la hōierna. di. **Frēs**
Abrae dicte sūt. supple a deo. pmissi
ones. eterne. et semini ei⁹. scz xpo qz
per eū pmittebat dāda bñdictio. vt
pater **Gen. xxij.** In semine tuo bñdi
cent oēs gētes. nō dicit et semini⁹
q̄si in multis: sed q̄si in vno et semini
tuo q̄ ē xps. **V**in. Illa pmissio abrae
impleta fuit q̄n xps ex maria v̄gine
nat⁹ fuit. et post xpi aduentū cessauit
lex in cērimonijs et figuris. **H**oc aut
dico testamētū cōfirmatū a deo. i. p
missiones ille p modū testamētī sunt
cōfirmate a deo cū iuramēto diuino
vtz **Gen. xxij.** Per memetipsū iurāui
dicit dñs a c. **V**in. Testamentum dñi
scriptura autentica volūtatē testato
ris et testiū roborata. et qz illa pmissio
fuit iuramēto dei firmata. idō bñ
dicit testamētū. q post qdōrīgētos
et. xxx. ānos facta ē lex. idō lex sic con
struēda ē. **L**ex q post qdōrīgētos et
xxx. ānos facta ē. i. data ē in mōte sy
nai a pmissiōe abrae ipsi moyfi. et p
tū tēp⁹ fuerūt filij isrl̄ in egipto. vt
habet **Exo. xij.** Illis ānis expletis ea
de die egressus ē oīs exeret⁹. **C**ōpu
tarē aut hñ āni a pmissiōe pmo fcā
abrae vsq ad dationē legis. nō irri

tū facit ad euacuandā pmissiōē **Ly.**
.i. nō euacuat pmissiōē abrae factā
quasi irritā qd tñ facēt si daret hēdi
tas et bñdictio ex lege. nā si ex lege
hēditas. i. bñdictio etna. iā nō esset ex
pmissiōe. et ita euacuaret et frustra
ret pmissio fcā abrae. q at hoc nō ē
hoc pbat. d. abrae aut p repromissi
onē donauit de⁹. supple bñtudinē et
glam et bñdictionē. nō ppter legē
ppter pmissiōē hoc ē ppter fidē xpi sepe
pmissi. qz abraā hoc credidit qd de⁹
sibi pmissit. et sic p̄t q oēs andq qui
iustificati sunt. ex ipsa fide xpi iustifi
cati sūt et nō ppter opa legis. **N**am ipsi
crediderūt hoc futur⁹: qd nunc credi
mus p̄teritū. et iō iustificati sūt et nō
ppter legē: qz abraā iustificat⁹ ē: et
legē tñ nō habuit: qz multo tpe ante
legē vixit. vñ **Gen. d.** Multi añ sal
uatoris aduentū deū oipotentē tenē
tes et diligētes sue salutis gētilissimā p
missiōē credētes. i. pmissiōē fidelium
sperātes certissimū redēptorē in hac
fide et expectatōe saluari sūt. vñ **Lu.**
Reo libat a dānatōe q fcā ē p adā. n
p fide dñi n. i. c. qd igit lex. **Ly.** i. ad
qd fuit vtil. q. d. qz ego lex nō iusti
ficauit: s sola fides. qre ego posita ē
et data **Ad hō** eūde q tñ n iutilit da
ta ē. ppter trāsgressiōes posita ē. i. ppter
punitiōes pctōz: qz i lege dētmīnāt
graues pene p dētmīatis vicis qz
terrore cohibebant hōies a pctis. do
nec veniret semē. i. xps cui. i. de quo
pmisserat. vtz **Gen. xxij.** In semine
tuo benedicent oēs gētes. ordinata
p āgelos. i. misterio āgeloz **Ly.** **L**ex
eū nō fuit data imēdiatē a dō: s p
āgelū q loqbat moyfi i mōte synai
in manu mediatoris. i. in ptate xpi
vt. scz duraret q̄tū velle: qz vixit in
mūdū q̄n sibi placuit n statip⁹ hōis
casū. mediator at vñ nō ē. s duoz
extremoz q cūiungit. de⁹ aut vñ ē.

scz xps qui est vn9 cum patre ⁊ spū
sancto. ⁊ hoc est fm diuinā naturā.
Et est etiam mediator dei ⁊ hominū: re
conaliās homines deo patri. ⁊ hoc fm
humanā naturā. lex ergo aduersus
pmiſſa dei abſit. **Vm.** q. d. nullo mo
do lex fuit cōtra pmiſſa dei. q̄uis p
miſſio fuit perfectior q̄ lex. Si em̄ da
ta eſſet lex q̄ poſſet viuificare. i. vitā
eternam conferre. vere ex lege eſſet
iuſticia. ⁊ non ex pmiſſione abrahe
. ſed cōcluſit ſcriptura. i. lex moyſi. q̄
eſt lex ſcripta. oia ſub peccato. **Ly.**
m̄gtum oſtēdebat peccatum nec tñ
mūdabat. vt pmiſſio. eterne beati
tudinis. ex fide iheſu xpi dareſ crede
tib9 **ly.** fide firmata q̄ facit tēde i deū

Dm̄ca. xiiij. Gal. v.

Text9

Spiritu ambulate ⁊ deſideria
carnis nō p̄ficietis. Caro em̄
concupiſcit aduersus spūm.
Spūs autem aduersus carnē. Nec em̄
ſibi inuicē aduerſantē: vt nō quecūq;
vultis illa faciatis. q̄ ſi spū ducimini
nō eſtis ſub lege. **Maniſeſta** autē ſūt
opa carnis: que ſūt fornicatio. luxu
ria: immūdia: impudicia: ydoloz
ſeruit9: veneficia: inimiciae: otentio
nes: emulationes: rixae: rixae: diſſentō
nes: ſecte: inuidie: homicidia: ebrie
tates: cōmeſſationes: furti: ⁊ hys ſi
milia. **Que** p̄dico vobis ſicut p̄dixi.
qm̄ qui talia agūt regnum dei nō cō
ſequent. **Fruct9** autem spūs eſt: cari
tas: gaudium: pax: patiētia: lōgani
mitas: comitas: benignitas: māſue
tudo: fides: modestia: caſtitas: ad
uerſus hui9i nō eſt lex. **Qui** autem
ſunt xpi carnē ſuā crucifixerūt cū vi
cns ⁊ cōcupiſcēt9s

Postilla

Spiritu ābulate ⁊ deſideria car
nis ⁊ c. **Ante** incipium illi9 eple
ſcribit ſanct9 **Paulus** dicēs. **Omnis**
lex in vno fmone iplet. **Diliges** pri
mum tuū ſicut teipſum. **Tūc** ſequē

p̄ns epiſtola. **Vbi** notādum q̄ eplā
hodierna ⁊ euāgelium hodiernum in
hoc cōcordāt. **Quia** ſicut euāgelium
dicit de decem leproſis qui ſūt a xpo
mūdati. **Sic** epiſtola enumerat opa
carnis que lepram ſpūalem que hor
ribilior eſt lepra cōporali inducūt.
Mortā autem nos apoſtolus in hac
epiſtola vt caute ambulem9 dicēs
. **Spiritu** ambulate. **Vm.** i. fm spūm
diuinum opera veſtra facite. ⁊ deſide
ria carnis. i. delectationes ⁊ concupi
ſcētias que caro ſuggerit. nō p̄ficiē
tes. i. ope nō implebitis. caro enim
cōcupiſcit aduersus spūm. **Ly.** i. ſen
ſualitas cōtra rationē. spūs autem.
ſupple ecōuerſo. aduersus carnē: hec
enim ſibi inuicē aduerſantē. ſcz caro
et spūs. **Caro** em̄ natione terreſtris
Spūs autem celeſtis. ⁊ dū vnūq̄q;
ad patriā ſuā tendit ſit pugna vehe
mens in tñ. vt nō quemcūq; vultis
fm rationē illa faciatis. impediti mo
tu ſenſualitatis. q̄ ſi spū ducimini.
Ly. ſequētes inſtinctū spūs ſci. non
eſtis ſub lege. **Cor.** q̄ mala agētib9
poſita eſt vt puniant9 p̄ exceſſib9 ſu
is. **maniſeſta** autē ſunt opa carnis
q̄ ſunt ſenſibilia q̄ ſunt fornicatio.
Ly. q̄tum ad cōcubitum ſoluti cum
ſoluta. immūdia. **Cor.** i. peccatum
cōtra naturam qd eſt innominabile
impudicia. hoc eſt i geſtib9 vel acti
bus vel oſculis vel alijs circūſtantijs
illicitis. **luxuria.** eſt nomē generale
ad viciū illud. ydoloz ſeruit9 **Ly.**
vt ptz de ſalomone. in **Reg.** xi. qui
ex ardore libidinis cū mulierib9 alie
nigenis mor9 fuit ad ſequēdū deos
eor9. veneficia. **Ly.** i. ſortilegia que
ratione libidinis ſolent fieri. inimicia
e. **Ly.** latētes animo. cōtentiones
in verbis clamorolis. emulationes.
in factis. ire rixe. in effectu nocendi
vt quando ſe inuicem percutiūt vel

ledunt. dissensiones. i. quando fieri p
tes incipiunt et scismata. secte. i. here
ses. inuidie. in animo. homicidia. in
facto. ebrietates. **Cor. i.** assidue po
tationes quo ad superfluitatem in po
tu. comestiones. superflue quo ad
abum. et his similia. ad quod caro est p
na. sicut vestimentorum et lectorum mol
lities balneorum et sic de alijs. quod predic
vobis. sed antequam veniet dies iudicii
quod tunc penitere non poteritis. sicut pre
dixi. vobis ante hanc epistolam. quoniam
qui talia agunt. id est aliquid horum
regnum dei non consequentur. **Vinc.** ex
hoc sequitur quod illa peccata iam enume
rata in littera sunt peccata mortalia.
quod nihil sepat a deo nisi mortale pec
catum. Post hoc describit vitam spi
ritualem dicens. fructus autem spiritus. id
est opera spiritus facti. est caritas. sine qua
ea que sequuntur non valent ideo prepo
nitur. gaudium. id est puritas conscien
tie et exultatio mentis. et hec est digna
leticia. pax. id est concordia ad proximum
quando se non inquietant et turbant. pa
tientia. sed intolerantia aduersitatum
logaminitas. sed in expectatione pro
morum. bonitas. id est dulcedo ami
mi interius. benignitas. id est largitas
rerum ostendens bonitatem animi. **Job**
extra per opera. mansuetudo. quod est tra
ctabilis et conuersatiui cum alijs. fides.
id est certitudo de inuisibilibus ut cre
dat omnia credenda et non alia. mode
stia. ut homo seruet modum in dictis
in factis et in omnibus agendis. continen
tia. ut homo etiam aliquando a licito
se absteineat propter deum. castitas.
ut recte utatur licitis ut vxore et huius
modi. aduersus huiusmodi. scilicet
opera. non est lex. quia iusto non est
lex posita sed malis imposita est lex.
ut iniquitas eorum per penas legis
puniat. sed bonis imposita est crux
christi. ergo dicitur. qui autem sunt christi. i. boni christi

imitatores carnem suam crucifixerunt.
id est christo crucifixo se conformauerunt
affligendo carnem suam. cum vicis et
concupiscentijs. **Ly.** ita quod concupiscentie
et vicia mortua sint in eis.

¶ Dñica. xv. Gala. vi.

Textus

Spiritu viuimus spiritu et ambulemus.
Non efficiamur inanis glorie
cupidi inuicem perocantes.
Inuicem inuidetes. **Frates** et si preoc
cupatus fuerit homo in aliquo delicto
qui spirituales estis huiusmodi instruite in
spiritu lenitatis. considerans tripsum ne
et tu tempteris. **Alter** alterius one
ra portate. et sic adimplebitis legem
christi. **Nam** si quis existimat se aliquis
esse cum nihil sit ipse se seduat. **Propter**
autem suum probet unusquisque. et sic in
semetipso tantum gloriam habebit et
non in altero. **Unusquisque** enim onus
suum portabit. **Communicet** autem
is qui catholicizatur verbo qui se cathe
lizat in omnibus bonis. **Nolite** errare
deus non irridetur. **Que** enim semina
uerit homo hec et metet. quoniam qui
seminat in carne sua. de carne metet
corruptionem. **Qui** autem seminat
in spiritu. de spiritu metet vitam eter
nam. **Bonum** autem facientes non de
ficiamus. tempore enim suo metemus
non deficientes. **Ergo** dum tempus ha
bemus operemur bonum ad omnes.
maxime autem ad domesticos fidei.

Postilla.

Spiritu viuimus spiritu et
ambulemus. **Non** efficia. et c.
Ante initium illius epistole scribit
sanctus **Paulus.** dicens. **Qui** sunt
christi carnem suam crucifixerunt
cum vicis et concupiscentijs. **Tunc**
statim sequitur epistola presens que
cum euangelio hodierno concordari
potest hoc modo. **In** euangelio di
citur. **Nemo** potest duobus dominis
seruire. **Duo** domini sunt caro. et

et spūs. In epistola vero dicit qua
liter spū sit ambulandū et nō fm car
nem. Item in euāgelio phibeet solli
cudo vite pntis. In epistola horta
mur ad opa spūs uiuificātis. vnde
apostolus dicit. Frēs. Si spū uiuim⁹
.i. per spūm scūm. spū et ambulem⁹
sequēdo instinctum spūs sci in operi
bus nostris vel dictamine recte raci
onis. Et qz bonum op⁹ put frequē
ter est occasio vane glōrie. ideo sub
dit. nō efficiamur inanis glōrie cupi
di inuicem puocātes. **Lyra.** verbis
curiosis. inuicem inuidētes. de bonis
proximorū dolentes. post hoc aposto
lus inducat nos ad mutuam supporta
tionem dicēs. Frēs. et si pccupat⁹
fuerit homo. **Ly.** per aliquam passio
nem insurgētem vel per aliquam ig
norātiā. in aliquo dilecto. vbi sciē
dum qz peccat⁹ est perpetratio ma
li desertio boni. vos qz spirituales estis
.i. perfectiores in vita et sciētia. hui⁹i
instruite. i. ad bonum reducate. in spi
ritu lenitatis. i. rationabiliter et leni
ter nō in impetu furoris. cōsiderātes te
ipsum. i. fragilitatem ppriam. ne et
tu tempteris. i. in simile peccat⁹ ca
dere permittaris sicut petr⁹ cadere p
missus est. vt sciret cōpati calib⁹ sub
ditoz. Alter alterius onera portate
.i. infirmitates mutuas et labores sū
ueniēdo mutuo. et sic adimplebitis
legem xpī. que est lex caritatis **Cor.**
Lex em̄ moysi fuit lex terrois. lex
xpī lex amoris. Vnde **Aug.** breuis
differētia legis et euangelij timor et
amor. nam et si quis existimat se ali
quid esse. i. magnum quid de se senti
ens in superbia. cum nihil sit. de se m̄
si vanitas et peccatum. vt patet. p.
Cor. .nñ. quid habes qd non accepi
sti. ipse se seducat. i. seorsum a verita
te se duat. qz per hoc in cōtemptum
frīs et in alia peccata cadit. ideo sub

dit. op⁹ autē suū pbat vnusquisqz
id est diligēter examinet. et sic in se
metipō tm̄. id est in testimonio pprie
cōsciētie. glōriam habebit et non in
altero. id est i falsa laude alteri⁹ cui
nō est credēdum. vnusquisqz enim
on⁹ suum portabit. id est mercedem
boni vel mali opis. cōmunicet autē
ei. **Ly.** id est plato et doctoz. is. id ē
ille. qui cathesizat. id ē instruit. ver
bo. scz doctrine. ei qui se. id est qz eū
cathesizat. id est instruit. i. omnib⁹
bonis. qui dicit et docet nō in malis
que facit. vt pz **Mat.** .xxij. qz dicūt fa
cite fm opa vero eorum nolite face
re. nolite errare. scz credēdo qz pos
sitis eis cōformare in malis et illicitis
sicut dicūt quidam quare nō faciam
hoc ex quo sacerdos me⁹ facit. de⁹ nō
irridet. **Cor.** id est nō potest falli. qz
enim seminat homo. in pntis vite la
bore. hęc et metet. in futura retribu
tione. quoniam qui seminat i carne
sua. scz fouēdo vicia carnalia. de car
ne et metet corruptionē. s. pene eter
ne. qui autem seminat in spū. id est
spūalib⁹ opib⁹. de spū. id est vtrūte
spūs sci. metet vitam eternam. p p
mio. bonum autem faciētes nō defia
am⁹. id est a bono ichpato. tempore
ei suo metem⁹ nō deficiētes. qz mer
ces erit eterna. ergo dum temp⁹ ha
bem⁹. scz metēdi qd breue est. ope
mur bonum ad omnes. scz generali
ter. maxime autem ad domesticos
fidei. **Cor.** id est ad xpianos fideles
qui domestici dicūtur. qz nobiscum
sunt de familia eiusdem dom⁹. scz ec
clesie q dom⁹ dei est **Text⁹**

Domimica. xvi. Ephes. in.
O Bsecro vos ne deficiatis i tri
bulationib⁹ meis p vobis q
est glōria vestra. Quis rei g
tia flecto genua mea ad patrem dñi
nostri ihu xpī. Ex quo ois pām̄tas

in celis et in terris nominatur ut det vo-
bis secundum diuitias glorie sue virtute cor-
roborari per spiritum eius in interiori ho-
mine habitare christum per fidem in cor-
dibus vestris in caritate radicati et fun-
dati ut possitis comprehendere cum omni-
bus sanctis que sit longitudo latitu-
do sublimitas et profundum. **S**cire etiam
supereminentem caritatem christi ut
impleamini in omnem plenitudinem
dei. **E**i autem qui potens est omnia fa-
cere abundanter quam petimus et intel-
ligimus secundum virtutem que operatur in
nobis ipsi gloria in ecclesia et in christo
iesu in omnes generationes seculi se-
culorum Amen.

Postilla.

Obscuro vos ne deficiatis in tribu-
la. et c. Ante initium illius episto-
le scribit sanctus paulus dicens ipsis
Ephe. Vos qui aliquando eratis longe
facti estis prope in sanguine christi. Tunc
sequitur prima epistola in qua apostolus
docet nos qualiter non solum in perse-
cutionibus sed etiam in tribulationibus
a bono deficere et retrocedere non de-
bemus dicens. **F**rater. Obscuro vos ne de-
ficiatis. **V**in. scilicet in fide et bonis operi-
bus. scilicet me existente. in tribulationibus
meis. id est in vinculis et in carceribus. pro
vobis. id est pro doctrina et fide quam
vobis predicavi. que. scilicet fides. est glo-
ria vestra. id est meritum glorie eterne.
huius rei gratia. id est propter hanc causam
scilicet ut non deficiatis in fide et sanctitate
vite. flecto genua mea. scilicet cordis et
corporis. ad patrem domini nostri iesu
christi. **L**y. ipsum deuote deprecando. ex
quo omnis paternitas. scilicet tanquam ab
autore. in celis. id est in celestibus an-
gelis. et in terris. id est in terrestri-
bus hominibus. nominatur ut det vobis
secundum diuitias glorie sue. id est secundum abun-
dantiam bonitatis sue. virtutem. **L**y.
patientie in aduersis. **C**orroborati per
spiritum eius. id est per spiritum sanctum

in interiori homine. scilicet in voluntate et
in intellectu. habitare christum in cordi-
bus vestris per fidem. que purificat ha-
bitaculum cordis vestri. in caritate ra-
dicati. scilicet quemadmodum arborum que
quanto profundius figit radices in ter-
ra tanto minus euelli potest. et fundati
ad similitudinem stabilis edificij. quia
quanto plus et melius domus fundatur tan-
to diutius stat. ut possitis comprehen-
dere. id est perfecte intelligere. cum omni-
bus sanctis. scilicet apostolis martiribus
et confessoribus et virginibus. et cum per-
fectis fidelibus. que sit. **C**or. id est qua-
ta debet esse. latitudo. caritatis quia in
extensione usque ad inimicos. ut patet
Math. v. Diligite inimicos vestros.
longitudo. scilicet caritatis quia in perseue-
rantia meritorum. ut patet **M**ath. x. Qui
autem perseuerauerit usque in finem
hic saluus erit. sublimitas. scilicet carita-
tis quia in intentione celestium premiorum.
Vnde **C**olo. in. Que sursum sunt que-
rite. et profundum. scilicet caritatis. quia in
humilitate ex consideratione iudiciorum
dei. **V**nde ps. xxxv. Iudicia dei abissi-
mus multa. **I**tem oro ut possitis. scire.
id est intelligere. et supereminentem
caritatem christi. quia animam suam pro
nobis posuit. ut patet **Jo.** xiii. Maiorem
caritatem nemo habet ut animam
sua ponat quis pro amicis suis. ut im-
pleamini in omnem plenitudinem dei.
Vin. id est omni fructu iusticie in pre-
senti et tandem omni fructu glorie in
futuro. ei autem. id est deo patri. que
potens est omnia facere. id est omni-
potens est. abundanter. **C**or. i. supra me-
ritum. ut patet **Ro.** vii. Non sunt condig-
ne passionibus huius temporis ad futu-
ram gloriam. quam petimus. id est plus quam
petere sciamus vel presumamus. aut in-
telligimus. id est plus quam intelligere possumus
Ratio quia nostra intellectio semper est
finita sed suum posse est infinitum. igitur
e i

fin virtutē. scz diuinam. q̄ operat̄ in
nobis. **Cor.** vltra qm̄ petere p̄sume
mus scz vt de⁹ homo fieret ⁊ q̄ p no
bis moreretur. **Ipsi.** scz deo parti sit.
gl̄a in ecclesia **Vm.** quam in sangui
ne filij sui lauit. **In xp̄o ihesu.** i. in ei⁹
filio. in oēs generatiōes seculi seculo
rum. i. in tota ogregatiōe mūdi vbi
vna generatio p̄terit ⁊ altera adue
nit. ⁊ sic quodāmodo succedūt secu
la seculis. **Text⁹**

¶ Dñica. xvij. Ephe. iij.

Obscuro vos itaqz ego vinct⁹
in domino vt digne ambule
tis vocatione q̄ vocati estis.
Cum omni humilitate ⁊ māfuetudi
nercū patiētia supportātes inuicē; in
caritate. **Solliciti** seruare vnitatem
spūs in vinctulo pacis **Vnū** corpus ⁊
vn⁹ spūs sicut vocati estis in vna spe
vocatōis vestre **Vn⁹** dñs vna fides.
vnū baptisma: vn⁹ de⁹ ⁊ pater oīm
qui sup omnes ⁊ p oīa ⁊ in omib⁹
nobis **Qui ē** bñdict⁹ in secula seculo
rum **Amē.** **Postilla.**

Obscuro vos itaqz ego vinct⁹. ⁊ c.
Ante iniaū illi⁹ ep̄le scribit fā
ct⁹ pau. di. **De⁹** qui potēs ē oīa facē
supabūdāt q̄ petim⁹ aut itelligim⁹.
fin v̄tutē q̄ opat̄ in nobis. **Tūc** seq̄
tur p̄ns ep̄la. **Notādum** q̄ p̄ns ep̄la
⁊ euāgelii hodiernū oīa dāt in hoc.
Quia euāgelii dicit d̄ ydropico qz
dñs ihesus xp̄s curauit. ⁊ post hoc su
perbiā phariseorū increpādo ocludit
dicēs. **Qui** se exaltat hūiliabit̄. ⁊ c.
Sic ap̄ls paul⁹ in ep̄la hodierna do
cet nos humilitatē patiētiam ⁊ man
fuetudinē sicut in ep̄la patebit. ego
dicit. **Frēs.** obscuro vos itaqz. i. peto
dans per hoc supbis nō semper impe
rādī potestātē ⁊ exercēdi sed pie am
monēdi. quia sicut **Seneca** dicit. **Ge**
nerosus ē anim⁹ hominis potius vult
perborum dulcedine duci q̄ importu

nitatē trahi. i. facilius ducit̄ pia amo
nitōe q̄ violentē trahat̄ impio ⁊ p̄tā
te. ego. scz paul⁹. vinct⁹. i. ligat⁹ in
carcē. **Script̄** em̄ hāc ep̄lam de Ro
ma detent⁹ in carcere p̄ thimo. disci
pulū suū. in dñō. i. p̄ter dñm. vt di
gne abuletis. p̄cedo de v̄tute in v̄
tutē. vocatione q̄ vocati estis. scz ad
fidē catholicā p̄dicatōes meas. cū
omni hūilitate **Ly.** scz interiori q̄tuz
ad cōuersationē. ⁊ māfuetudinē. vt
tractabiles sitis. cū patiētia. aduerso
rum. supportātes vos inuicē. in defecti
bus ⁊ infirmitatib⁹. in caritate. scz
dei ⁊ p̄ximi. solliciti. supple sitis. sua
re vnitatē spūs. i. vnitatē eccie quā
facit spūssais ⁊ p oppositū ei⁹ scisma
facit diabol⁹. in vinctulo pacis. sicut
em̄ vinctulum corpale vnt ligata inē
ipsū. **Sic** pax ⁊ trāquillitas seruant
vntatē credētū. vnū corp⁹. supple
sitis. qd̄ est corp⁹ xp̄i misticū ergo de
bem⁹ esse in caritate sicut mēbra cor
poris. vn⁹ spūs **Vm.** i. idē velle ⁊ nol
le. **Sicut** vocati estis i vna spe. scz be
atitudinis eterne. vocationis vestre.
ad fidē catholicā p̄ quā habebitis vi
tam eternā. vn⁹ dñs. scz cui seruitis.
vna fides. qz licet articuli sint multī
in fidē catholica. tamē vna est fides.
vnū baptisma. **Vm.** quod regenera
mur. vn⁹ deus ⁊ pat̄ oīm. scz p crea
tionē ⁊ iō nemo p̄t alteri se p̄ferre. q̄
est sup oēs. scz creaturas p excellen
tiam. ⁊ per omnia. per generalem re
rum gubernationem. ⁊ in omnibus
nobis. scz fidelib⁹ est specialiter pre
gratiam. qui est bñdict⁹ in secula
seculorum **Amē.**

¶ Dñica. xvij. i. Cor. i. Text⁹.

Oratias ago deo meo semp p
vobis in grā dei que data est
vobis in chris̄to ihesu quia i
omnibus diuites facti estis in illo
in omni verbo. et in omni scientia.

sicut testimonium xpi confirmatum est i
vobis. ita ut nihil vobis desit in vl
la gra. expectationem reuelationem
domini ihesu xpi. Qui et confirmabit
vos usq; in fine sine crimine. in die
aduent? dñi nri ihesu xpi. **Pos.**

Gratias ago deo meo semper p
et c. Ante initium illi? epistole
scribit sanctus Paul? apostolus salu
tas amabiliter Corinthios dicens
Gratias vobis et pax a deo patre no
stro et domino ihesu xpo. Tunc statim
sequit? pñs epistola: q? cōcordat cum
euāgelio hodierno in hoc q? in euā
gelio legit? de magno mandato dile
ctionis. qd absq; dono grē pñci nō
potest. ut ergo hoc mādātum mag
num implere possimus tūc apostol?
paul? in epistola hodierna nos inou
at ad grām obtinēdam. et principa
liter per grāz actiones. Quia grāz
actio est ad pl? dādum inuitatio. Et
go apstol? di. in epistola. Gratias
ago. Glosa. corde. ore. et opere. **Hic**
mos est apostoli q? fere omnes epi
stolas suas incipit a grāz actione. do
meo semper. **Ly.** id est omnibus ho
is mihi ad orandum congruis et de
putatis. pro vobis. sicut p filijs me
is carissimis. in gratia dei. id est pp
ter gratiam dei. que data est vobis
in christo ihesu. **Vin.** id est ex meri
tis et virtute ihesu christi. quia in om
nibus. scz pertinentibus ad salutem
diuites facti estis in illo. scz christo.
In omni verbo doctrine. Et in om
ni scientia. id est intelligentia scrip
turarum. sicut testimonium christi.
Cor. id est testimonium nostrum de
xpo. confirmatum est in vobis. id est
a vobis firmiter retētum. Ita ut ni
hil vobis desit in vlla grā. ad salutē
necessaria. expectantib? reuelationē
Cor. id est claram visionem et agni
tionem. domini nostri ihesu xpi. que

erit in patria celesti. qui et cōfirma
bit vos. in donis collatis. usq; in fi
nem. i. usq; ad mortem. ut suis sine
crimine. **Ly.** i. sine peccato mortali:
q? peccatum veniale nō potest etiam
a perfectis omnino vitari. **Vñ Pro.**
xxv. Septies in die cadit iustus et re
surgit. in die aduent? domini nostri
ihesu xpi. id est in die iudicij. q? sine
crimine mortali in die mortis inueni
etur. in die iudicij sine crimine pre
sentabitur. **Textus.**

Dominica. xix. Ephe. iij.
Renouamini spū mētis vestre
et induite nouum hominem
qui scdm deum creat? est. in
iusticia et sanctitate veritatis ppter
qd deponētes mendacium loquimini
veritatem vnusquisq; cum proximo
suo: quoniam sum? inuicem mēbra.
Irafcimini et nolite peccare. Sol nō
occidat super iracūdiam vestram. No
lite locum dare diabolo. Qui furaba
tur: iam nō furetur. Magis autē la
boret operādo manib? suis. quod bo
num est ut habeat unde tribuat ne
cessitatem patiēti. **Postilla**

Renouamini spū mētis et tre
et c. Ante initium illi? epistole
scribit sanct? paulus di. Vnus domi
nus vna fides vnū baptisma vnus de
us et pater omnū. Tūc sequit? epl'a
hodierna q? in hoc cōcordat cum euā
gelio hodierno. q? in euāgelio legit?
de paralitico quem domin? curauit.
Sic in epistola apostol? monet para
liticos in anima ut erigant? spūaliē
a paralisi ad bona opa di. Renouami
ni. **Ly.** p grām dei. spū mētis vestre
i. in spū qui est mēs vestra. et indui
te nouū hoīem. tpo. ret? homo ē adā
per quem pñm i oēs hoīes introiuit
Sed nou? homo est christus qui est
primū principium innouationis et re
nouationis quoniam sicut in adam

oēs in diuine. Ita et in xpo oēs uiuifi-
cabunt. qui. scz nou⁹ homo xps. fm
deū creat⁹ est. i. a spūscō accept⁹ est i
vtero uirginis et de ea nat⁹ est. in iusti-
cia. opis. et sanctitate. cordis. veri-
tatis. oris. **Ly.** qz nō fuit i xpo dupli-
citas vel falsitas aliqua vel ypocrisis
vtz. i. Petri. ij. q pētū non fecit nec
inuent⁹ est dol⁹ in ore ei⁹. ppter qd
deponētēs mēdaui **Ly.** p qd prim⁹
defraudat. loq̄mini veritatē vnusq̄
qz cū primo suo. p quā cū eo recte
viuit qm sum⁹ inuicē mēbra. **Vm.**
nam vnū membz non decipit alterz
in eodē corpe. sed pl⁹ dolet et adiu-
uat alterz. Sic q os fuit capiti o-
li pedib⁹. et sic de alijs mēbris. Ita
stimini. cōtra peccātes. et nolite pec-
care. nimis asperere arguēdo. vñ Ec-
cle. viij. Noli eē iust⁹ multū. Sol nō
occurat sup iracūdiā vestrā. i. nō du-
ret vsq ad occasū solis. nolite locū
dare diabolo. **Vm.** scz in ira pseuerā-
do. q furabat **Ly.** ante ouersionē de
errore gētili. iā nō fureē. scz xpīamita-
tis tpe. magis aut laborēt operando
manib⁹ suis **Cor.** vnusq̄sqz manib⁹
suis diligēter et strēnue. Quia q nō
laborat nō manducet. qd bonū est. i.
vtilē et honestū. vt hēat. nō tm vnde
viuat: sed et vnde tribuat necessita-
tē patiētī. i. indigētī **Text⁹.**

V. Dominica. xx. Ephe. v.

Uide itaqz quō caute abu-
letis Non q̄si insipientes: sed
vt sapientes redimētes tēp⁹
qm dies mali sūt. Propterea nolite
fieri imprudentes sed intelligētes q sit
volūtas dei Et nolite inebriari vīno
in quo ē luxuria: sed impleamini spū
scō loquētes vobismetips⁹ i psalmis
et ymnis et cāntis spiritalib⁹ cantan-
tes et psallētes in cordib⁹ vñs dño.
Grās agētes semp p oib⁹ in nomie
dñi nri ihesu xpi deo et pñi. Subiecti i

uicem in timore xpi

Postilla

Uide itaqz quō caute abu-
letis Ante iniquū illi⁹ eplē scribit sū-
ctus paul⁹ di. Surge q dormis et exur-
ge a mortuis et illuminabit te xps.
Tūc sequit eplā hodierna q recordat
cum euāgelio hodierno. Nā in euan-
gelio legīt de nuptijs et quō qdā qui
nō fuit in dūt⁹ veste nuptiali. tradi-
tus fuit ad tenebras exteriores Sic
in eplā pñti apl⁹ paul⁹ monet nos
vt caute et sapiēter ambulem⁹ ad il-
las nuptias de quib⁹ dicit euāgelii
nē vestē nuptiālē sine q ad tenebras
exteriores picamur p dām di. **Frēs**
Cor. filij eiusdē scz patris dei. et eius-
dē matris scz ecclesie. **Vidēte.** **Cor**
oculo interiori: nō tm exteriori. quō
caute ambuletis. ppter vie picula q
sunt multa et varia. Nō q̄si insipien-
tes sed vt sapientes. in oib⁹ pruden-
tes. Redimētes tēp⁹ **Ly.** scz bonis
opētib⁹ insistentēs. qm dies mali sūt
Vm. dies fm se boni sūt et a deo et p
omnia bñ ordiati: sed dicunt mali oc-
casionaliē. vel p accidēs ppter miseri-
am et penalitātē quas patiūtur homi-
nes dieb⁹ istis. vel ppter peccata vel
malicias hōm que superabūdant di-
eb⁹ istis. Quia iam totus mūdus in
maligno posit⁹ est. ppterea. qz dies
mali sūt. Nolite fieri imprudentes:
sed intelligētes que sit volūtas dei.
Vm. vt fm illam opamini vt sic vo-
lūtas vestra diuine voluntati confor-
metur. et nolite inebriari vīno. **Vm**
centius. id est vltra necessitatem et
mensuram vti vīno. in quo est luxu-
ria. scilicet non formaliter sed effe-
ctiue et causaliter. vt patuit in Loth
qui post vīnum commisit incestum.
vt patet Genesi. decimono. Sed
impleamini spiritus sancto. et c. **Lyra**
qui datur sobrijs et castis. loquen-
tes vobismetips⁹. **Vmcenti⁹.** id est

instruētes nō solum alios: sed etiam
volmetip̄os. in psalmis. i. in verbis
sac̄e sc̄pture ad bñ opandū inatāt
b⁹ ⁊. in ymnis. i. in verbis sac̄e sc̄p
ture de laude dei. ⁊ cāticis spūalib⁹
.i. in v̄bis sac̄e sc̄pture de gaudiis
eternis tractātib⁹. cantātes ⁊ psallē
tes in cordib⁹ vestris. **Vm.** i. ad hono
rem dñi. grās agētes super omnib⁹
sc̄z domis qz gratitudo bñficij accepti
disponit ad receptionē alteri⁹. **In**
noīe domini nr̄i ih̄esu xp̄i. **Cor.** i. ad
exaltationē nostri dñi ih̄esu xp̄i: qui
d̄r. dñs. ppter potestātē. noster. ppter
caritatē. ih̄esus. ppter salutem. xps.
ppter benignitatem. deo ⁊ patri. sc̄z
deo per creationē. patri. p gubernā
tionē ⁊ c̄seruationē. subiecti inuicē.
nō solum subditi p̄latis humiliē ⁊ cū
timore obediēdo: sed etiam p̄lati hu
miliē ⁊ cum timore curā eorū sollicitē
gerēdo. in timore xp̄i qui ē custodia
omniū predictorū. **Text⁹.**

Domnica. xxi. Ephe. vi.

Quoniam in dño ⁊ in po
tētia v̄tutis ei⁹. **I**nduite v̄s
armaturā dei vt possitis sta
re aduersus insidias diaboli. Quomā
nō est nob̄ colluctatio aduersus car
nem ⁊ sanguinē: sed aduersus prin
ces ⁊ p̄tates. aduersus mūdi recto
res tenebrarū harū. cōtra sp̄ritalia ne
quice in celestib⁹. p̄pterea accipite
armaturā dei vt possitis resistere in
die malo ⁊ in oib⁹ perfecti stare. **Sta**
te ergo succincti lūlos vestros in ve
ritate ⁊ induiti lorica iusticie ⁊ calca
ti pedes in p̄paratiōe euāgelij pacis.
In oib⁹ sumētes scutum fidei. i. quo
possitis oīa tela nequissimi ignea ex
tinguere. **E**t galeā salutis assumite ⁊
gladiū spūs qd̄ ē v̄bū dei. **Postil.**

Quoniam in dño ⁊ in poten
tia ⁊ c̄. **A**nte iniciū illi⁹ ep̄le
scribit sc̄us paul⁹ eodē ca. d. **Serui**

obedite dominis vestris carnalibus
cum oī timore in simplicitate cordis
vestri sicut xp̄o. **Nō** ad oculū seruien
tes. q̄si hōib⁹ placētes: sed vt serui
xp̄i faciētes volūtatem dei ex animo
cū bona volūtate seruīētes sicut dño
et nō hominib⁹. **Tūc** sequit̄ p̄ns ep̄la
in qua ap̄ls nos instruit de bello ⁊
armis cōtra diabolū qui nos multipli
citer impugnat di. cōfortamini in do
mino. **Cor.** cōtra bellum diaboli. ⁊ i
potētia v̄tutis eius. **I**pse em̄ dat v̄tu
tem ⁊ fortitudinē plebi sue. induite
vos armatura dei. **Ly.** i. v̄tutib⁹ q̄ sūt
arma militum xp̄i. vt possitis stare.
absqz casu pcti mortalis. aduersus
insidias diaboli. qui est mille artifex.
• quomā non ē nobis colluctatio ad
uersus carnē ⁊ sanguinē. i. aduersus
hōies qui sūt caro ⁊ sanguis ⁊ p con
sequēs visibiles. sed aduersus prin
ces ⁊ potestates. **Vm.** per p̄ncipes i
telligūtur mediocres demones. qui
presūt minorib⁹. ⁊ p p̄tates intelli
gunt̄ maiores demones. **N**am de sin
gulis ordinib⁹ ceciderūt aliqui in quib⁹
naturalia remāserūt intēg. vt d.
Pyom. in de cele. ierarchia. **E**t inferi
ōres demones obediūt superioribus
vt magis possint nocere hominib⁹. ad
uersus mūdi rectores. i. aduersus de
mones qui regūt mūdum. i. mūdiali
ter viuētes. tenebrarū harū. sc̄z qui
hōies mundiales h̄nt tenebrosas ani
mas ⁊ sūt in tenebris viciorū ⁊ pou
cēt post h̄c ad tenebras exteriores.
• cōtra spūalia neq̄cie. i. cōtra malig
nos spūs. i. celestib⁹. i. exītes in hoc
aere caliginoso de q̄b⁹ d̄r. **Mat. xij.**
Aues celi comederūt illd̄ sc̄z semē se
minatū. i. v̄bū dei. p̄pterea accipite
armaturā dei. i. v̄tutes. q̄b⁹ d̄r suos
milites armat. **Nō** armaturam mūdi
qz cū hostes sint spūales nihil valz cō
tra eos armatura corporis. vt possitis
e iij

resisteret. *p.* insultib⁹ demonū. in die malo. i. in pñti vita. vbi imminet pugna temptationū. et in oibus tam p̄ speris q̄ aduersis. perfecti stare. ita q̄ nō frāgamini in aduersis nec eleuemini in p̄speris. state ergo succincti lūbos vestros. i. carnales concupiscētiās cingulo castitatis frenātes in veritate. **Cōr.** nō simulatorie vt p̄pocrite q̄ sunt q̄si v̄gines fatue hñtes vasa sine oleo. induti lorica iusticie. **p.** sicut ei lorica coopit totū corp⁹ sic iusticia reddit vnicuiq̄ debitum. et calciati pedes. i. affectiōes sint munite virtutib⁹. ne a vicis purganē in p̄patoe euāgelij pacis. vt sitis p̄paci ad p̄dicandū euāgelium xp̄i q̄ annūciant pacē eternā. in oib⁹. **Cōr.** scz p̄ lñs siue illatis a carne. siue a mūdo. siue a diabolo. sumētes scutum fidei. **Vin.** i. fide p̄ scuto. de q̄ dicit. ps. xc. Scuto arcūdabit te veritas ei⁹. Sicut em̄ scutū p̄mo recipit ict⁹. sic p̄me i pugnationes sūt ex pte fidei. Itē scuto p̄tegitur sinistra ps corporis. Sic fides habet sblū p̄tegere i hac vita qz nō erit fides post hāc vitā. quo possitis oia tela neq̄ssimi. **Cōr.** i. acutas tēptatiōes diaboli. ignea. i. de vicio in vicium de flāmātia. extingue. i. supate. et galeā salutis assume. i. caritatem. qz sicut galea supponit alijs armis. sic caritas alijs virtutib⁹ p̄ponit. et gladium spūs. i. gladium spūale qd est v̄bū dei. qz percussus v̄bo dei v̄uidet a mūdo. d hpc gladio dicit. **Mat.** x. P̄ueni mittere pacē s̄ gladiū et c. **Om̄ca. xxij. Philip. i.** **Text⁹**
Qonfidimus in dño ihesu qz q̄ cepit in vobis op⁹ bonū. p̄ficiet vsq̄ in diē xp̄i ihesu. Sicut est mihi hpc bonū sentire p̄ oib⁹ vobis. eo qz habeā vos in corde et in vinculis meis. et in defensiōe et in cōfirmatiōe euāgelij socios gaudij mei

om̄es v̄s esse. **Testis** em̄ mihi ē deus q̄uo cupiā v̄s oēs in viscerib⁹ ihesu xp̄i. Et hoc oro vt caritas v̄ra magis ac magis abūdet in seia et om̄i sensu vt p̄betis potiora. vt sitis sincere et sine offēsa in diē xp̄i Repleti fructu iusticie p̄ ihesū xp̄m in laude et gloriā dei. **Postilla.**

Qonfidimus in dño ihesu et c. **Ant**icipium illi⁹ ep̄le scribit sanct⁹ pau. salutādo philippū di. **Grā** v̄b et pax a deo patre nrō in dño ihesu xp̄o. **Vic** sequit ep̄la p̄ns. vbi notā dum qz ep̄stola p̄ns et euāgelium hodiernum cōcordāt. Quia in euāgelio monemur ad habēdam caritatē. **Nō** et tñ beneficiam⁹ p̄mo sed etiam dimittam⁹ iniurias nobis ab eo illatas. vtz in euāgelio. Et ad illā perfectam caritatē induit nos ap̄ls in p̄senti ep̄la. vt patebit i textu di. **Fr**atres Cōfidim⁹. **Vin.** i. fiduciam habemus in dño nō in aliq̄ alia creatura. qz qui cepit in vobis op⁹ bonū perficiet. **p.** sicut em̄ inchoatio opis boni est a deo ita et cōsumatio. vsq̄ in diē ihesu xp̄i. **Vin.** i. ad mortē cuiuslibet hōis tūc de⁹ manifestabit se cuiuslibet homin⁹ et tunc reddet vnicuiq̄ iuxta opa sua. Sicut ē mihi iustū hpc sentire. i. bonam op̄inōnē habere. p̄ oib⁹ vobis. qz dilectio facit bonū op̄inari de dilecto ergo subdit. eo qz habeā vos in corde. **Cōr.** i. in intimo affectu caricatis. et in vinculis meis. **Cōr.** i. in vinculis p̄ euāgelio pacēdo. et in defensione euāgelij. id est dum euāgelium contra infideles defendo. et confirmatione. id est dum infirmos in doctrina euāgelij. scilicet confirmo. tum in om̄ib⁹ his iam enumeratis memor vestri si in desiderans. vos om̄es esse socios gaudij mei. future remunerationis. quia quāto plures socij tantomagis gaudium.

testis em̄ mihi est de⁹. **Vm.** i. p̄bet
testimoniū. quō cupiam vōs oēs i vi
scrib⁹ ihesu xp̄i. i. intimo amore ihu
xp̄i. et hoc oro vt caritas vestra mag
ac magis abūdet. **Ly.** qz caritas sem
per crescere p̄t. in oī scia. scz discre
tionis vt ametis p̄rios. et vicia eoz
nō ametis. et in oī sensu. scz diligent
qz oib⁹ bonis q̄ videt in eo quē amat
cōgaudet. et malis eius opatē. vt p
betis potiora. **Vm.** i. p̄bare posset nō
solū bona sed etiā potiora. i. meliora
ea sequēdo. et sitis sincere. i. puri et
mūdi in vobis. et sine offēsa. scz p̄ri
mis vestris. in diē xp̄i. i. vsqz in finez
vite. repleti fructu iusticie. i. bonis
opib⁹ que sūt fruct⁹ iusticie. p̄ ihesu
xp̄m. a cui⁹ grā venit omne meritū
in laudē et gloriā dei **Vm.** vt digne
possitis deū laudare et glorificare.

Om̄ca. xxij. Phil. ij. Text⁹

Imitatores mei estote et ob
uate eas q̄ ita ambulāt sicut
habetis formā nostrā. multi
em̄ ambulāt quos sepe dicebā vobis
Rūc autē et flēs dico inimicos crucis
xp̄i. quoz finis interit⁹. quoz deus
venter ē et glā in offēsiōe ipsoz qui
terrena sapiunt nrā aut ouersatio in
celis ē. vnde etiam saluatore expecta
m⁹ dñm nostrz ihesum xp̄m qui refor
mat corp⁹ hūilitatis nostre cōfigura
tū corpi claritatis sue s̄m opationez
qua possit subyccē sibi oīa ihs xp̄s do
min⁹ noster. **Postilla.**

Imitatores mei estote et obser
uate et c. **Ante** iniciū illius eplē
scribit scūs Paul⁹ in eodē ca. di. **Fra**
tres ego nō arbitror meipsū cōphen
disse adhuc vnū autē. **Ly.** supple est.
qd de me assero. q̄ quidē retro sūt
obliuiscēs. ad ea vō q̄ sūt p̄ora extē
dens meipsū. **Tūc** sequit⁹ p̄ns eplā.
vbi notandū qz euangelii et eplā cō
cordāt. **Ram** i euāgelio legiē q̄lter

imaginē dei. i. aīam silitudinē suā infi
gnitā deo reddē debem⁹. **Cū** dē red
dite q̄ sūt cesaris cesari. **Et** q̄ sūt dei
deo. **Sic** in eplā hodierna apls hortā
tur nos vt reddam⁹ deo imaginē su
am. et hoc fit imitādo doctrinā ipsi⁹
apli ergo dicit. **Frēs** imitatores mei
estote. scz in fide et caritate. et obfua
te eos. i. attēdite diligēt vt vōs eis
cōformetis. q̄ ita ambulāt. de v̄tute
in v̄tute. sicut hētis formā nrām. scz
viuēdi vobis traditā. v̄bo. exēplo et
scripto. multi em̄ ambulāt. scz via p
uerfa. quos sepe dicebā vobis. cum
essem p̄ns vobiscū. nūc autē et flēs di
co. hic notat⁹ cōpassio apli qui fleuit
alioz miseriā et p̄ditionē. et p̄ hoc in
ducere nos volēs ad cōpassionē p̄rio
rū. inimicos crucis xp̄i. qz eoz vita
erat cruci xp̄i cōtraria. qz in delictis
viuebāt. q̄les fuerūt gulosi et luxuri
osi. quoz finis interit⁹. scz eternus.
qz in fine cōsequitur penā eternā. q̄
rū de⁹ venter ē. qz studēt ei satisfaccē
in oib⁹. **Et** q̄cqd faciūt p̄ ventre faci
unt. et ipsū tanq̄ deū colūt. et glā eo
rū. scz t̄pal. in cōfusione ipsorū. i. per
ducet eos ad cōfusiōē etnā. q̄ trēna
sapiunt. **Ly.** tatūmō et non celestia.
Nrā autē ouersatio in celis ē. **Cor.** i.
sitis ouersatiōi celestii q̄uis sum⁹ in
terra. vñ et saluatore. **Cor.** tā aīaz
q̄ corporz. expectam⁹. venturū ad iu
diciū. dñm nostrz ihesuz xp̄m q̄ refor
mabit. scz in gnali resurrectiōe. cor
pus hūilitatis nrē. **Ly.** nā in nob mō
est hūiliatōis occasio eo qz ē corrupti
bile et putrefactibile. et cor rodet⁹ ver
mib⁹. et in cineres resoluet⁹. cōfigura
tū. i. assimilātū. corpi claritatis sue.
qz sancti resurgēt in corpe glorioso.
sicut et xp̄s resurrexit. s̄m opationē.
id ē potentiā operādi. q̄ possit etiam
subyccere sibi oīa. p̄pter creationē ei
oīa sūt sibi s̄biecta q̄ de nullo fcā sūt.

Et nisi cōseruarent a deo in esse in ni
hil redigerent. itaq; frēs mei k̄m̄i.
Lp. i. mihi iuncti dilectione spūali. et
desideratissimi. qz desiderabat eos vi
dere t̄paliter hic in vita. et et̄naliter
in patria. gaudium meū. de v̄stro p̄
fectu. i. corona mea. doctorib⁹ em̄ de
bet corona specialis q̄ dicit̄ aureola.
sic state. scz firmi ōtra tribulatōes
hui⁹ mundi. in dño k̄m̄i. ita qz ab eo
nullo mō euellamini. **Enchodīa** rogo
et synthicen dep̄cor in idip̄sū sapere a
dño. **Lp.** i. firmi stare. **Iste** erāt due
matrone q̄s ōfortat specialit̄ apl's.
Tū p̄pter fragilitatis sexū. tū qz mi
nistrauērāt sibi nec̄aria et alijs p̄dica
torib⁹. vt ostēderet se gratū. **Etiam**
rogo et te germane. ē nomē p̄prium.
cōpar. i. soc⁹ adiutor me⁹ in p̄dica
tione. adiuua illas. scz muliēs. q̄ me
cū laborauerunt in euāgelio. scz mihi
necessaria ministrādo. et nō solū me
cū. sed cū clemēte et ceteris adiutori
bus. in p̄dicatione vbi dei ipsis scz si
cut et mihi necessaria ministrādo.

Dñica. xxij. Colosē. i. Tex.
Non cessam⁹ p̄ vob̄ orātes et
postulantes vt impleamini ag
nitione volūtatis eius. **In** oī
sapia intellectu spiritali. vt ambule
tis digne deo p̄ oīa placētes. in oī tē
pore bono fructificātes et crescētes i
scia dei. **In** oī v̄tute ōfortati s̄m potē
tiā claritatis ei⁹. **In** oī patiētia et lon
gaminitate. cū gaudio grās agētes
deo et patri q̄ dignos nos fecit in p̄te
sortis scōz in lumine. **Qui** eripuit nos
de p̄tate tenebrarū et trāstulit in reg
nū filij dilectionis sue in quo h̄m⁹ re
demptionē in remissionē p̄ctōz p̄ ihe
sū xpm dñm nostrū. **Postilla.**

Non cessam⁹ p̄ vob̄ orantes et c.
Quā imiciū illi⁹ ep̄le scribit scūs
pau. in eo. ca. di. salutādo amicabili
ter. **Colosē.** Gratia vob̄ et pax a deo

p̄te nrō: et dño nrō ihu xpō. grās aga
mus deo et p̄ti dñi nrī ihesu xpī semp
p̄ vob̄ orātes scz ego paul⁹ et thimo
the⁹ discipul⁹ me⁹ audiēs fidē v̄ram
in xpō et dilectionē quā h̄etis in oēs
scōs p̄pter spem q̄ reposita ē vobis i
celis. **Tūc** sequit̄ p̄ns ep̄la. **Notandū**
qz euāgelium et ep̄la p̄ns concordāt.
Quia in euāgelio legiē de filia archi
synagogi parit̄ mortua quā dñs ad
deuotam p̄titionē p̄ns resuscitauit.
Sic etiā in ep̄la p̄nti apl's nos hortat̄
ad deuotā orationē p̄ quā mēs i deuz
eleuat̄ di. **frēs.** nō cessam⁹. **Cor.** ho
ris oportunis. p̄ vob̄ orātes **Lp.** mē
te. et postulātes. scz ōe. vt impleamini
agnitōe volūtatis eius. vt plen⁹ di
uinā voluntatē cognoscatis qd̄ velit
et qd̄ nō. in oī sapia. q̄tū ad agnitō
nē rerū ad vitā actiua p̄tinetium. et i
tellectu spūali. q̄tū ad agnitōez spū
aliū ad ōtēplatiua vitam p̄tinetium.
vt ambuletis digne. scz p̄ viā hui⁹
vite ad patriā. deo p̄ oīa placētes. p̄
rectā intentionē et bonā volūtate. **In**
omni ope bono fructificātes. i. p̄ bo
nā opationē ad deū ad p̄ximū et ad
seipsū. et crescētes in scia dei. i. in ag
nitione diuinitatis. **In** oī v̄tute ōfor
tati s̄m potentia claritatis eius. i. s̄m
filiū qui ē claritas p̄ns p̄ quā ōforta
mur in bono. in oī patiētia. **Lp.** p̄ ad
uersorū tollerantiā et lōgaminitatē.
per certam p̄miorū expectationē. cum
gaudio **Cor.** non ex tristitia aut ne
cessitate. in xpō ihesu dño nrō.

Dñica. xv. Iherē. xxij. Tex.
Ecce dies venient dicit dñs et
suscitabo dauid germē iustū
et regibit rex et sapiēs erit.
faciet iudiciū et iusticiā in terra. **In**
diebus illis saluabit̄ iuda et isrl̄ habi
tabit ōfident̄. **Et** hoc ē nomē qd̄ voca
bunt eum dñs iust⁹ noster p̄pter hoc
ecce dies veniēt dicit dñs. et non di

cent ultra viuit dominus qui eduxit
et adduxit semen domus israel de terra
aquilonis et a cunctis terris ad quas
eueram eos illuc et habitabunt in ter
ra sua dicit dominus omnipotens.

Postil.

Ecce dies venient dicit dominus
et ante initium illius prophetie.
locutus est dominus deus per prophetam
Iheremiam. **De** pastoribus qui disper
gunt et dilacerant gregem pascue mee
dicit dominus. **I**deo hec dicit dominus
deus israel ad pastores. qui pascunt po
pulum meum. Vos dispergistis gre
gem et eiecastis eos. et non visitastis
eos. **E**cce ego visitabo super vos ma
liam studiorum vestrorum ait dominus.
Ecce congregabo reliquias gregis mei
de omnibus terris ad quas eueram eos
Post hoc sequitur epistola hodierna que
est ultima dominica anni. **P**ro quo
notandum. quod in prima et ultima domi
nica ecclesia agit de aduentu christi. **I**n
signum quod ipse est alpha et omega. primus
et nouissimus. primus in dignitate Ro
mansis in seruitute. unde **Bernardus**. Re
mo illi sublimior. nemo illi humilior.
Item in signum. quod cuncta nostra opera
tio ab ipso semper incipit et per ipsum
cepta finitur. **E**cce dies venient dicit
dominus. **L**y. scilicet christi veri dei et hominis
et suscitatio dauid germen iustum.
id est christum qui factus est ex semine da
uid secundum carnem. et regnabit rex. **vi**
Mat. xxviii. data est mihi omnis po
testas in celo et in terra. et sapiens erit
sapientia increata et creata. et faciet
iudicium. discretionis in presenti discer
nendo fideles ab infidelibus. vocando
aliquos ad fidem et dimittendo aliquos
suo iusto iudicio licet nobis occulto
et iusticiam in terra. scilicet dando legem
euangelicam que continet perfectam iu
sticiam. **I**n diebus illis saluabitur iuda.
id est qui cumque veraciter confitetur corde
et ore nomen domini. et israel habitabit

confidenter. **I**stud refertur ad statum
ecclesie triumphantis ubi est summa se
curitas. et hoc est nomen quod vocabunt
eum dominus iustus noster. scilicet iustifi
cans nos. propter hoc ecce dies veniunt
dicit dominus et non dicet ultra. viuit
dominus qui eduxit filios israel de ter
ra egypti. scilicet per moysen. quia sicut
ad presentiam maioris luminis minus
obfuscat. sic adueniente beneficio in
carnationis iesu christi et redemptionis
nostre. per eum perfecte obfuscata sunt
omnia beneficia que fuerunt in veteri
lege tanquam modica aut nulla respe
ctiue. sed viuit dominus qui eduxit
et adduxit. **G**lo. or. per christum. semen
domus israel de terra aquilonis et de
cunctis terris ad quas eueram eos
illuc. **L**yra. ista adductio intelligitur
de vocatione ad fidem christi. quia de om
nibus partibus terre sunt aliqui voca
ti. et ista vocatio maior est et excellen
tior incomparabiliter omnibus bene
ficiis veteris testamenti. et habitabunt
in terra sua. in ecclesia militante. et po
stea triumphante. que est terra vi
uentium promissa fidelibus in premium
dicit dominus omnipotens.

In festo dedicationis **Apocal. xxi.**
Ioi ciuitatem **Textus.**

Quam sanctam iherusalem nouam
descendentem de celo a deo pa
ratam tanquam sponsam ornata viro
suo **E**t audiui vocem magnam de throno
dicentem. **E**cce tabernaculum dei
cum hominibus et habitabit cum eis.
Et ipsi populus eius erunt et ipse deus
cum eis erit eorum deus. **E**t abster
get deus omnem lacrimam ab oculis
eorum et mors non erit ultra neque lu
ctus neque clamor neque dolor erit ul
tra. que prima abierunt. **E**t dixit qui
sedebat in throno. **E**cce noua facio
omnia. **Postilla.**

Vidi ciuitatez sanctā iherusalēm
 Ante incipit illi ep̄le scri-
 bit sc̄us Jo. in eodē ca. di. Vidi celū
 nouū: et terrā nouā. p̄mū em̄ celū.
 et p̄ma terra abijt. *Ly.* hec oīa ī fine
 mūdi innouabūtur et ī meli⁹ muta-
 būtur ī claritate. vtz *Lu. xxi.* Celū
 et terra trāfibūt. nō q̄tū ad substan-
 tiam: sed q̄tū ad formā. et hoc totūz
 redet ad gl̄am electoz qui ex creatu-
 ris laudāt deum. Tūc sequit̄ episto-
 la p̄ns. In dieb⁹ illis. Vīc sc̄us Joh.
 describit innouationē hūane nature
 q̄tū ad electos dīces. Vidi ciuitatē
 sanctā iherusalē. *Ly. i.* electoz socie-
 tatē p̄fecta caritate vnitam. *Rouā.*
Ly. quātum ad corpis gl̄am. Corpo-
 ra em̄ sanctorz q̄ nunc sūt corruptibi-
 lia grossa. p̄deterosa et obscura. resur-
 gēt īmortalia. subtilia. agilia. clara.
 et hoc fit ex gl̄a aīaz ad corpā rede-
 untia. descēdentē de celo. *Ly.* nā aīe
 beate descēdēt de celō vt corpā resur-
 māt et ī iudicio cōpareāt. a deo pa-
 ratā. *Ly.* dotibus anime et corpis. si-
 cut sponsam ornatam. v̄tutib⁹. vīdo
 suo. id est ad honorē viri sui scz xp̄i.
 et audiui vocē magnā de throno.
 scz diuine maiestatis. dicentē. Ecce
 tabernaculū dei cum hoīb⁹ et habita-
 bit cum eis. *Lyra.* habitatio em̄ dei
 cum hoīb⁹ erit īsepabilis Quia be-
 ati semp habebūt apertā visionē et
 p̄fectā fruiōnē. Et ipsi popul⁹ ei⁹
 erūt. scz beati erūt sicut ipse bt̄us est
 Vnde ī ps. cxliij. Beat⁹ popul⁹ cu-
 ius dñs de⁹ eius. vnde et *Leui. xxi.*
 Ego ero vester de⁹ vsqz eritis mihi
 popul⁹. Et ipse de⁹ cum eis erit eoz
 deus. *Glo. or.* Quia nunq̄ ab eis ex-
 pellet qz nunq̄ peccabūt cōtra deum.
 Et absterget de⁹ omnez lacrimā ab
 oculis eoz. diuerse sūt lacrimę q̄b⁹
 ī hac vita affligunt electi. Et iō ī
 futurū fugatis doloribus omnis lacri-

ma ab oculis eoz. dīct̄ abstergi. et
 mors vltra nō erit. id ē sep̄atio aīe
 et corpis. neqz luct⁹. p̄ alienis mise-
 rijs. neqz clamor. scz p̄ pugna sp̄us
 ad carnē. neqz dolor de p̄ctis p̄p̄ns
 erit vltra. vnde *Isa. li.* Leticia sem-
 p̄terna sup capita eoz. gaudium et
 leticiā tenebunt et fugiet dolor et ge-
 mit⁹. que p̄ma abierūt. *Waymo.* ī
 p̄nti vita boni hec iam enumerata su-
 stinent. sed ī futura vita nihil mali
 sustinebūt. Et dixit q̄ sedebat ī thro-
 no. scz de⁹ omnipotēs qui p̄sident ec-
 clesie sue. Ecce noua facio oīa. *Lyra*
 scz celos et elemēta et electoz corpā.
 vtz *Isa. lix.* Ecce ego creo celos no-
 uos et terrā nouā.

Incipit vltērius postilla super
 epistolas de sanctis per am̄ circulum
 fm̄ sensū lr̄alem. *Primo sc̄i Andree*
ap̄li. Ro. y. Text⁹.

Ordē em̄ crediē ad iustici-
 am ore aut̄ cōfessio fit ad
 salutē. Dīct̄ em̄ scriptuā.
 Omnis q̄ credit ī illū nō
 cōfundet̄. Non em̄ est distinctio iudi-
 et greci. nam idē dñs oīm diues ī
 omnes qui īnuocāt illū. Omnis em̄
 quiqz īnuocauerit nomen dñi sal-
 uus erit. Quō ergo īnuocabūt ī quē
 nō crediderūt. aut quō credēt ei quē
 nō audierūt. Quomodo aut̄ audiet
 sine p̄dicatē: quō vero p̄dicabūt nisi
 mittant̄. Sicut scriptum est. q̄ spe-
 ciosi pedes euāgelisantiū pacem. Euā-
 gelisantiū bona. Sed nō omnes obe-
 diunt euāgelio. *Isayas* autem dīct̄.
 Dñe q̄s credidit audituī nostro: ego
 fides ex auditu. audit⁹ aut̄ p̄bū xp̄i
 Sed dicō. Nunq̄ nō audierūt. Et q̄
 dē ī oīm terrā exiuit son⁹ eoz et ī
 fines orbis terre verba eozum.

Ordē em̄ credi *Postilla*
 tur ad iusticiam. ore aut̄ et c.